THE TRUSTEES OF THE PUBLIC LIBRARY
OMNIVM LVX CIVIVM
MDCCCLII
MDCCC LXXVIII
OF THE CITY OF BOSTON
1852-1878

PURCHASED
FROM THE INCOME
OF THE FUND GIVEN TO
THE PUBLIC LIBRARY OF
THE CITY OF BOSTON BY
JOSIAH HENRY BENTON
1843-1917

E. L. DOTY. DEL. 1939
A. J. DOWNEY. SCULP.T

Kiel d. 26. Aug. 1828.
Cour. 15. Sgl.

G.406.77

Ex Bibliotheca.

Car: Frid: Schr: de Cronstern
S: R: Maj: Daniæ à Conſiliis Confer: &
Status.

Poſseſsoris Anagramma.
J, salus conficit nostra Deus.

ORdinatio Eccleſiaſtica Regnorum Daniæ et Norwegiæ et Duca/tuum/Sleſwicenſis/Holtſatiæ etcet.

Anno Domini M. D. xxxvij.

XG
406
.77



Josiah H. Benton Fd.
Jan. 22, 1941

CHriſtianus Dei gratia Danie/ Norwegiæ/ Slauorum Gottorũq; Rex/ Sleſwicenſis/ Holtſatiæ/ Stormariæ et Ditmariæ Dux/ in Oldenborch ⁊ Delmenhorſt Comes. Regnis noſtris et Ducatibus Salutem. Poſtquam dominus Deus nobis auitum paternũq; regnũ tradidit/ ſopitis bellorum tumultibus/ nihil prius in votis erat quam collapſam Chriſti doctrinam ⁊ religionem inſtaurare. quemadmodũ et iamdudum pro noſtris terris cupieramus. donec voti compotes facti ſumus/ Sit Chriſto gratia. Conuocatis igitur Doctoribus et prædicatoribus Eccleſiarum ex Daniæ Regno ⁊ Ducatibus noſtris mandauimus vt ordinationẽ aliquã ſacram nobis conſcriberent. de qua conſultaremus.

Hanc acceptam miſimus ad Reuerendũ patrem Doctorem Martinum Lutherũ/

per quem dei clementia hiſce nouiſſimis temporibus nobis reſtituit ſacri Euangelii Chriſti ſynceritatem/ Is cum aliis qui Wittenbergæ ſūt Theologis eam approbauit. Vt vero hoc diuinū negotiū recte gereretur/ rogauimus Illuſtriſſ: principē Joannem Fridericū Ducem Saxoniæ/ Electorem ꝛc̄ Amicum noſtrū ſummū/ vt mitteret ad nos Dilectum nobis Joannem Bugenhagium Pomeranū ſacræ Theologiæ Doctorem. Huius viri conſilio ꝛ opera cum noſtris conſiliariis vſi ſumus in ordinatione hac ſacra conficienda/ Vt ſciatis non temere ſed tot ꝛ tātis arbitris hic nos egiſſe. Porro perfectam ordinationem obtulimus per Cancellarium noſtrum Regni conſiliariis/ Qui probarunt ſuſceperuntq; omnia quæ ordinatio habet/ tantum rogauerunt vt admonerentur prædicatores/ quo in principio modeſtius coram Eccleſia agerent cū illis peccatoribus qui pro tempore prohi-

bendi

bendi ſunt a Sacramento cœnæ Domi-
nicæ. Et cui hæc non placerent/ modo ſit
Chriſtianus? Non enim hic aliud eſt quã
pura Euangelii tractatio/ Sacramento-
rum ſecundum inſtitutionem Chriſti tra-
ditio/ cantus et lectiones ſacræ/ honeſtus
conuentus ad prædicationes & cœnam
Domini/ inſtitutio iuuẽtutis per litteras/
artes/ ſacrum Dei verbum ſiue ſanctam
ſcripturam/ cura pro miniſtris ſacris/pro
Scholis / pro Pauperibus/ & vt Cate-
chiſmus ſit in omnibus domibus vt iam
pueri vel ruſticorum ſciant quæ hactenus
non ſolum ruſtici ſed etiam Nobiles/ atq;
adeo Reges et Principes ignorauerunt/
de quo reddent rationem Chriſto qui ſe
hactenus Eccleſiæ capita iactauerunt et
ventrem & Mammona coluerunt. Quid
ex his diſplicere poſſet? Dic vnum ex his
quod non ſũmis votis ſit optandũ Chri-
ſtianis. ¶ At ne quis exiſtimet nos in
hac re ſolũ vti iuditio aliorũ/ fatemur cũ

 ſũma

ſũma gratiarum actione quod ꝛ nobis Diuina bonitas dedit intellectum ſancti Euangelii/ ꝛ de hac ordinatione proferi- mus hoc iudicium noſtrum. Duplex eſt hic ordinatio/ Altera diuina ſolum/ vt ꝙ volumus verbum Dei/ id eſt/ Legem et Euangelium ſyncere predicari/ Sacra- menta recte tradi/ pueros doceri vt mane- ant in Chriſto qui in Chriſtũ ſunt Bap- tizati/ curari pro victu miniſtrorum Ec- cleſiæ et Scholarum ꝛ pro pauperibus/ Non eſt noſtra ordinatio/ ſed per hoc ob- ſequimur ordinationi Chriſti domini noſtri/ qui vt eſt vnicus ſaluator noſter ꝛ certiſſima ſalus/ Ita eſt ꝛ vnicus Doc- tor ꝛ Magiſter noſter/ de quo Pater clamat/ Hunc audite/ Et ipſe ait/ Oues meæ vocem meam audiunt. Is reuelauit ꝛ dedit mundo Euangelium ab æterno abſconditum in Deo/ ꝛ iuſſit hoc præ- dicari omni creaturæ/ Inſtituitqꝫ Baptiſ- mum ꝛ cænam ſuam/ quæ iuſſit tradi

et accipi

et accipi ſecundum ſuam inſtitutionem non aliter. Contra Euangelium ꝛ inſtitutionem Chriſti nullus eſt audiendus ne angelus quidem e cœlo/ vt Paulus dicere audet/ ꝛ Chriſtus ait/ Oues meæ nō norunt vocem alienorum ſed fugiunt ab eis. Quid hic ſtulti expectamus Concilia vt moriamur interim in infidelitate ꝛ impietate noſtra? Cōcilia aut hūanæ ordinationes hic nihil poſſunt contra ordinationem diuinam. Si Concilia dānarent doctrinas Dæmoniorum ꝛ traditiones Antichriſtianas/ quibus hactenus ſeducti ſumus/ ꝛ iuberent Euangelium ſyncere doceri ꝛ ſacramēta tradi ſecundū Chriſti inſtitutionem ꝛ Apoſtolicam doctrinam/ vt nunc nos facimus hoc Cōcilio noſtro ꝛ ordinatione/ Impii eſſent ꝛ non Chriſtiani qui non amplecterentur. Sed talia iamdudum fruſtra expectauimus. At aiunt. Euangelium non prohibemus/ ſed deberetis expectare noſtrā

ſentent

ſententiā de veſtra doctrina num ſit verū Euangelium. Reſpondemus. Nihil moramur quod ſic ludunt verbis ꝛ calumniantur. Apud nos verū Euangeliū eſt/ quod prædicat afflictis conſcientiis gratuitam remiſſionem peccatorū propter ſolū Chriſtum filium Dei pro nobis traditum. Ablato peccato reputamur iuſti a Deo/ ſumus filii Dei ꝛ hæredes vitæ æternæ ꝛ omnium dei bonorum/ dilecti a patre in æternum in dilecto filio Dei quem per fidem ſuſcepimus. Hunc Pater nobis dedit/quomodo non in illo donaret nobis omnia? Non eſt aliud Euangelium. Pro hoc Euangelio gloriæ Dei Antichriſtiana factio reddidit nobis doctrinas dæmoniorum/ in hypocriſi id eſt maxima religionis ſpecie docentium vel prædicantium mendacium/ ſatisfactiones/ ſtatuta/ regulas/ obſeruātias/indulgentias/ peregrinatiōes/fraternitates/ ſacrificia excogitata/ miſſales

abominatio

abominationes/ purgatoriũ/ aquã bene-
dictã/ leges ieiuniorũ/ murmura horarũ
canonicarum / vigilias mortuorũ / loca
ſancta/ baptiſmum campanarum/ vnctio-
ones/ raſuras/ veſtes ſacras/impuriſſimũ
cœlibatum/ abiurationem a deo creati et
inſtituti coniugij/ prohibitiones ciborũ/
prohibitionem calicis Chriſti/inuocationẽ
ſanctorũ/abuſum omniũ operum et cari-
moniarũ quibus nos docebant placare deũ
et ſatisfacere pro peccatis et mereri remiſ-
ſionem peccatorũ. Confitebantur/ vt
Paulus ait/ ſe noſſe deũ/ſed his doctrinis
et factis negabant verũ Euangeliũ/ ſan-
guinem Jeſu Chriſti et miſericordiam dei
patris. hoc eſt gratuitam remiſſionem
peccatorum propter ſolũ Chriſtũ. Hæc
mendacia Antichriſti nunc remittimus
Satanæ vnde venerunt. et damus gloriã
Deo recepto vero Chriſti Euangelio /
Sacramenta vero et damus et accipimus
ſecundũ Chriſti inſtitutionem/ accipimus

ƒ autem

autē ab ipſo domino noſtro Jeſu Chriſto licet per manū miniſtri/ſicut et Euangeliū ab ipſo/ licet per os miniſtri ſiue prædicatoris. Quid hic deeſt nobis/ quo minus habeamus Euangelium verū? Poſtquā per fidem In Chriſtū ſumus reconciliati Deo et filij dei facti/cōfitemur quod credimus/docemus filios noſtros/inuocamus/oramus/gratias agimus/audimus verbū dei et In eo perſeueramus. hic eſt verus dei cultus ſecundum prima tria precepta. Docemur etiam de operibus bonis et vita Chriſtiana/ patientia ſiue cruce/ de obedientia/ et quod Chriſtiani tantum vnā legē habent nempe charitatem/ qua quiſque ſecundū ſui vocationē ſeruit alijs certus ſe Chriſto facere quod alijs facit/ Faciat de⁹ vt hos bonos fructus fidei cōmode et ſuo tempore proferamus. Quid amplius deſideras in noſtra doctrina? Hæc interim diximus de ijs quæ hic ſunt ordinatio diuina que non debet dici noſtra/ aut ab

vllo

vllo homine violari/ Mandamus vero ea ſeruari/ vt domino noſtro Jeſu Chriſto ordinatori et mandatori per hoc obediamus/ ipſi in gloriam/ nobis in ſalutem.

Altera autem ordinatio hic noſtra etiã dici poteſt/ quia quedam in ea pie et ſanctæ mutari poſſent/ licet et ipſa dei ſit. Sunt autem ea que de perſonis/ de tempore/ de locis/ de numero/ de modo/ de horis/ de viſitatione/ de honeſto cõmentu/ de cautu de cærimonijs etc. ordinamus/ nõ temere aut ſuperſtitioſe/ ſed pro ordinatione diuina quam diximus/ vt cõmode et cũ decore ſeruetur. Omnia enim talia debẽt ſeruire verbo dei. Nam inutiles et vanas cæremonias/ deinde et ſuperſtitioſas et inſticiarias quæ pro cultu dei et meretorijs operibus contra fidem In Chriſtũ et Euangelium regni dei ſuſcipiuntur/ quis poſt hac vellet in tanta Euangelij luce?

Satis

Satis nūc negotij erit nobis de neceſſariis/ vt nō vacet illis nugis & vanitatib⁹ ſeruire.

¶ Mandamus igitur omnibus ſubditis noſtris cuiuſcūq; ſint cōditionis/ vt haſce Dei & noſtras ordinationes/quas iuſſimus per Typographum inuulgari/ ſuſcipiant/ ſeruent/ tueantur/quiſq; pro modo ſuo/ & Præfectis noſtris cum Superintendentibus vt/quam primum licet/ in Ciuitatibus et Pagis quæ ordinata ſunt exequantur & ſeruari curent. Reputate vero cum animis veſtris/ Si Dei ordinationi quæ eſt poteſtas gladii reſiſtentes/ ſibi ipſis iudiciū & damnationem accipiunt/ vt ait Paulus/ Maiore damnatione iudicandos qui Dei ordinationem Euangelium domini noſtri Jeſu Chriſti contempſerint aut illi reſtiterint. id quod Moſes prædixit/ Qui Prophetā illum/ id eſt/ Chriſtum non audierit/ ego vltor exiſtam/ dicit Dominus.

Neq; etiam per nos impune fecerit quiſquis

quiſquis his ordinationibus temere re-
ſtiterit/ id quod faciemus ſecundum
poteſtatem nobis a Deo datam.
Dominus noſter Jeſus
Chriſtus cõſer-
uet vos
in
æternum.

Datum Haffniæ in Caſtro
noſtro Anno domini M.D.
xxxvij. ſecunda Septẽbris.
qua die publice ordinati ſũt
diœceſium Super-
intendentes.

7

Cum gratia et Priuilegio



Ratio Eccleſiaſticæ ordi-nationis ſex præcipue complectitur.

PRimum/doctrinam: Vt boni prædicatores eligātur/qui euangelium ſyncere prædicent/ Sacramēta legitime adminiſtrent/ ꝛ Catechiſmum rite enarrent.

SEcundū/ Scholas: Vt idonei ludimagiſtri in vrbibus conſtituantur ꝛ oppidis/ qui iuuentutem certa vbiq; ratione inſtituant.

TErtiū/ Ceremoniae: Vt vtiles ꝛ vniformes ritus per omnes eccleſias ordinentur/ ne diſpares ritus infirmos offendāt.

QVartū/ Cōmune ærarium pro miniſtris eccleſiæ ꝛ pauperibꝰ/ Vt ſit vnde publicis eccleſiæ miniſtris/ ſuꝰ ſumptus cōſtet ꝛ pauperibꝰ ſubuentatur.

QVintū/Superattendentes cum ſuis præpoſitis: Vt ſint per quos miniſtri in officio retineantur/ & qui prouideāt vt omnia circūquaq; rite gerantur.

SExtū/ Libros: Vt boni parochī habeāt vnde ſynceram pietatem hauriant ſolidius/ Ne malis libris/ (quorum hodie nimis magna eſt copia & quotidie fit maior) inficiantur.

De doctrina/ noſtræ ſalutis miniſterio/ quo beneficia nobis per Chriſtū īpetrata inuulgantur/ et omnibus credentibus diſtribuuntur.

DOctrina vero tria potiſſimū continet. Primū Integram Euangelij prædicationē/ q̄ pœnitentiā fidem

fidem/ ⁊ eius fructus bona inquam opera iuxta vrget.

Secundū/ legitimā ſacramentorū ordinationem quæ pœnitentiā requirunt/ fidem confirmant/ ⁊ fructuū fidej nos cōmonefaciunt.

Tertium/ Simplicem catechiſmi explicationē/qua ratio veræ pœnitētiæ demōſtratur/peccata et bona opera indicantur/⁊ quæ vera fides ſit/⁊ qui eam conſequamur/oſtenditur.

Porro integra doctrina euangelij omnibus vbiqꝫ pura certa ⁊ vniformis ſit/ vrgeaturqꝫ in primis ſyncere ⁊ ſedulo locus inſtificationis/vt intelligāt omnes quid fides ſit ⁊ efficiat/ quomodo eam conſequamur ⁊ homines iuſtificētur/ atqꝫ adeo quid ſentiendum/⁊ quomodo prædicatoribus prædicandum ſit.

Hic oportet/ vt loci quidam præcipui conſtituantur/ad quos inter concionandum tanquam ad fontes recurratur/ ne vaga et ſuis legibus ſoluta huc illuc vacillet oratio

 Et ſunt

Et ſunt qui ſequuntur.

De lege et timore dei

De euangelio ⁊ fiducia in deum.
De pœnitentia.
De Cruce.
De Oratione.
De bonis operibus.
De libero arbitrio.
De libertate chriſtiana.
De prædeſtinatione.
De traditionibus.
De Magiſtratu.
De coniugio.
De Sanctis.
De Ieiunijs.
De Imaginibus et ſimilibus/ne imprudenti concione ſimplicium animos ſubuertant prædicatores/⁊ ab euangelio deterreant. Quos etiam hic volumus admonitos vt cauti ſint ⁊ in primis ſibi proſpiciant/ quando de prædeſtinatione/ de libertate chriſtiana/aut alijs articulis fidei loquuntur

loquũtur/ qui captum humanũ lõge lateqꝫ excedũt in quibus etiam caro facile ſcãdalizatur. Caueant quoqꝫ ne de rebus obſcuris diſſerant ⁊ tractẽt/ niſi vbi vrgeat ineuitabilis neceſſitas Quæ omnia cõmodiſſime (gratia dei) facient ſi frequẽtes ⁊ ſeduli fuerint in precibꝰ ⁊ oratione ad deum/⁊ lectione bonorũ auctorũ/⁊ de peccatis ⁊ remiſſione peccatorũ diligenter docuerint.

Legitima vero ſacramentorũ adminiſtratio ⁊ ſiplex Catechiſmi explicatio eſt/ qua vniformiter illa diſtribuũtur/hic explicatur/quæ vt vbiqꝫ omnibus cõformia ſint volumus ⁊ mãdamꝰ.

Sacramenta autẽ duo ſunt a Chriſto inſtituta/Baptiſmus ⁊ Cœna domini/ de quibus docetur in Catechiſmo/ his additur tertium Pœnitentia/quando peccator dolens de ſuo errore ⁊ peccato confitetur/⁊ accepta per Euangelium abſolutione/redit ad pactum baptiſmi

De ceremonijs/ quæ ſunt

Eccleſiaſtici Ritus & plerumq; inſtituti propter bonum ordinem extra omnem opinionem iuſtificationis & neceſſitatis & ſunt.

Ritus canendi & legendi puerorū in eccleſia.
Ritus celebrandi publicam miſſam. vi
Ritus prædicandi verbum dei. ix
Ritus baptizandi pueros. xv
Ritus abſoluendi. xvi
Ritus cōmunicandi. xviii
Ritus feriandi. xiiii
Ritus coniungendi matrimonialiter.
Ritus inſtituendi miniſtros. xx
Ritus excōmunicandi obſtinatos. xx
Ritus viſitandi infirmos. xxvi
Ritus accedēdi extremo ſupplicio afficiēdos. xxvii
Ritus ſepeliendi defunctos. xxviii
Ritus informandi obſtetrices. xix
Ritus inſtituendi puerperas. xxx
Ritus obſeruandus cū fœminis que proprios

proprios pueros opprimunt.

Ritus canendi et legendi

puerorũ in templis/ad aſſuefaciendum eos ad ſacras literas/ quibus et vicarij adeſſe poterunt/ qui ſuis etiamnum præbendis fruuntur/ſed ad rationem ludimagiſtri ſe comparent.

Operoſis diebus ab octaua vel nona/æramentis ſonantibus/ templum iuxta morem frequentent pueri/ ⁊ pueris duob⁹ antiphonã inchoantib⁹ /cãtabunt ad antiphonæ tonũ viciſſim tres pſalmos matutinales vel minus/ pro arbitrio paſtoris loci/ ne pueri longo cantu grauentur/ deinde vnũ octonarium ex pſal: Beati immaculati/cũ gloria patri ⁊c et pſalmo Beati immaculati finito/ ſemꝑ eius loco pſalmum Quicunq; vult ſaluus eſſe canant/⁊ poſtea Antiphonam repetitã abſoluãt/ antiphona percantata/cum nõ prædicatur/ loco capituli puer ex nouo teſtamento lectionem latinã incipiat cum

hoc initio/ lectio ſācti Euāgelij Matthæi capite primo Et in fine vt prophetiæ finiūtur/ Hoc (ſi placet) etiam ſecundus faciat/ et tertius itidem/ ſi ita viſum erit/ Sed hic vulgari ſermone ſuam lectionem legat/ quam priores legerunt latine.

Poſt lectionem vulgare canticum incipiant/ vel Benedictus cum antiphona/ ſi placet/ Deinde pueri ad genua procidētes dicant kyrie eleyſon/ Chriſte eleyſon kyrie eleyſon/ et legant pater noſter ꝛc

Poſtea vnus ex miniſtris verbi dicat Oſtēde nobis domine miſericordiam tuā. et reſpondetur ei. Poſt: dominus vobiſcū cum colecta: Vltimo pueri/ Benedicamꝰ domino.

Et hic ſi fuerint qui ob certas cauſas cómunicare voluerit/ cōicent/ vel a cócione ſi prædicabitur. Sed ſit euidens neceſſitas/ ne ex contemptu publicæ cœnæ fiat.

Iiſdem operoſis diebus a ſecunda vel

quarta

quarta/ceramentis ſonantibus ad eundē modum tres pſalmi(vel pauciores) veſpertini/ad antiphonæ tonum/ cantabuntur excæpto octonario.

Lectiones item pueri pro capitulo ex veteri teſtamento cū prædicto initio ⁊ fine. Ita/lectio libri Geneſeos: capite primo ⁊c. canāt poſt/ Hymnū ferialē/ Hinc canticū vulgare/vel Magnificat cum antiphona/ poſt finietur/vt mane.

In veſperis vigiliarum ⁊ feriarum ad eundem modum peragātur omnia/ Sed a lectionibus reſponſorium cātetur cū gloria patri ⁊c. poſt/hymnus/ab eo cum antiphona Magnificat/demum/ Nunc dimittis/ſine tono/Et poſt finetur. vt ſupra

In matutinis dominicarum ⁊ feſtorum/ante prædicationem/tres pſalmi/vel minus/⁊ duo octonarij cum antiphona canentur. Poſt quos legant media voce pueri ſine tono catechiſmum/ſemper pædagogo principium præcinente Ita.

PRimo Pædagogus. Hæc ſunt præcepta domini dei noſtri/ Poſt pueri tractim et viciſſim reliqua. Ego ſum dominus deus tuus. Non habebis deos ꝛc.

Secundo Pædago: Hi ſūt articuli fidei noſtræ. Poſt/pueri viciſſim Credo in deum ꝛc.

TErtio pædagogus. Hæc eſt oratio dominica. Pueri viciſſim / Pater noſter ꝛc.

Quarto Pædago: Hæc eſt cōmendatio Sacramēti Baptiſmi quã mandauit Chriſtus/ vt in ipſū baptizemur dicens/ Et pueri per vices. Jte in vniuerſū mundum ꝛc.

QVinto Pædago: Hæc eſt promiſſio/ vſus ꝛ donatio clauium eccleſiæ. Et pueri per vices. Ait Jeſus Tu es petrus ꝛ ſuper hanc petram ꝛc

SExto Pædago: Hæc eſt inſtitutio Sacramenti corporis ꝛ ſanguinis dñi noſtri Jeſu chriſti. Et pueri

Dominus

Dominus noſter Jeſus chriſtus &c

A Catechiſmo pueri/ſi ita placet/ Lectiones legant. a lectionibus canatur reſpõſorium. & pueri verſum canãt cum gloria patri. Poſt: Te deum laudamus/ cum ſolito fine.

IN veſperis dominicarũ & feſtorũ. vt in vigiliarum veſperis omnia peragantur/ Sed ſi longius protrahatur canendi ceremonia/ quam expediat prædicationi/ Poterit paſtor loci/ cum ludimagiſtro agere vt quædam intermittat.

VEro in cathedralibus eccleſiis et cœnobiis omnia ad eundem modũ ſeruari volumus & præcipimus/quantum attinet ad diuina officia/ Neq; horas canonicas legant niſi de tempore Et caueant omniũ diligentiſſime ne quid canant ↄtrarium ſacris literis Hic autem Epiſcopus ſiue ſuperintendens diligẽter obſeruet ne quid in cathedralibus eccleſiis diuerſum fiat ſiue etiam in cœnobiis. Curabimus vt

ordo ſeptem horarum eis ex ſacra ſcriptura præſcribatur et in fine huius ordinationis adiiciatur/ vt in biblijs ex verbo dei exerceantur.

Ritus celebrandi publicã miſſã Priuatæ eni in totũ abrogẽtur Et vna tantum publica pro comunicantibus ſeruetur Eſt enim Miſſa nihil aliud quã vſus cænæ domini ad ꝯſolandum infirmas conſcientias et mortem domini annunciandum.

PVblica miſſa in die dominico/ vna pro cõmunicantibus in ſolitis veſtibus/altari inſtrato/cum conſuetis vaſis ⁊ luminibus celebretur.

CAnonici qui parochiam annexã non habẽt/ Miſſam vnam dominicalem latine celebrare poterunt/dummodo adſint communicantes/ Canonem volumus omnino vt omittant: Et vt mortẽ domini annũcient Hic obſeruandũ

vt pates

vt pater noſter ⁊ verba conſecrationis ver nacula lingua in cathedralib⁹ eccleſiis vt in aliis legãtur queãdmodũ pꝛæſcribetur etc.

MInister altaris celebraturus ad aram geniculetur/ et apud ſe Confiteoꝛ legat ⁊c

Et oꝛet pꝛo miniſterio verbi/pꝛo rege ⁊ regno/ Interim dum populus cantat. Poſt pꝛoſequatur miſſam iuxta receptũ morem modo eam nõ pꝛophanet ſacrificii aut operis titulo moꝛe papiſtica ſuperſti-tionis ⁊ blaſphemiæ.

PRimũ ergo introitus canatur vel legatur ſed nõ niſi ex ſcriptura ſũp tus/ut ſunt introitus dominicales Et feſtoꝛum Chꝛiſti ex pſalmis ſumpti/ vel eius loco vulgares pſalmi/ ⁊ in primis turi.

KYrie eleyſon variis melodiis pꝛo diuerſis temporibus vt hactenus obſeruatum/ cũ hymno angelico Gloria in excelſis deo/quem latine aut vulgariter

incipiat miniſter/ ⁊ eccleſia perficiat.

AD populum conuerſus dicat. dominus vobiſcum. ⁊ rurſus inuerſus legat Collectam ſed vulgariter et dumtaxat vnicā/ niſi temporis neceſſitas pro ſui conditione depoſcat ⁊ alteram. Populus autem reſpondeat Amen/ Quo facto rurſum ad populum cōuerſus legat epiſtolam ſ; vulgariter.

HAlelu ia/quæ perpetua eccleſiæ vox eſt cātent pueri cum verſu ſine cauda/Poſt/ loco Gradualis vulgare canticū ex ſcriptura ſūptum vel graduale duorū tantum verſuū/ Sequentiæ ⁊ proſæ omnes omittātur niſi in trib⁹ magnis feſtis chriſti vt natiuitatis vſq; ad purificationis/ Grates nūc omnes cū vulgari ſuo cantico. Paſcatos vſq; ad Pentecoſtē/ Victimæ paſcali laudes.cum ſuo vulgari cātico/Et Pentecoſtes Veni ſācte ſpiritus cū ſuo vulgari cantico.

Iterum

ICterum ad populũ cõuerſus legat Euãgelium ſed vulgari voce. cũ hoc initio. hæc ſequentia verba ꝛc.
Poſt rurſum inuerſus/ Incipiat Credo in vnũ deum ꝛc Poſt etiam canatur ſymbolũ in vulgari ſermone.

POſt hæc ſemper ſolita prædicatio fiat/ qua abſoluta ſi adſint cõmunicaturi/ præparet miniſter panem ꝛ vinum/ iuxta numerum cõmunicantium et conferant ſe ad altare cõmunicaturi/ ad dextrum latus viri/ad ſiniſtrum mulieres

PAratus iam miniſter vertat ſe ad populũ cõmunicaturum/ꝛ prælegat eis exhortationem/de ſacramento. qua finita inuerſus ad altare altæ voce eaq; vulgari canat/ Pater noſter/ et poſt: verba conſecrationis. Sed hæc ante omnia vulgari lingua/ Et ſubinde a verbis/decenti eleuatione/ ſi ita viſum fuerit miniſtro/ eleuet ſonantibus interim cymbalis iuxta conſuetum. Nam in his ſeruanda eſt

da eſt libertas chriſtiana/ita tamen vt de hac popul⁹ ante ſatis præmoneatur ꝛ nihil horũ mutetur ſine conſenſu ꝛ mandato ſuper intendentis.

Accipientibus panẽ ꝛ calicem nihil dicatur quia omnib⁹ publice dictũ eſt ante in ↄſecratiõe verbis chriſti. Curẽt e tam miniſtri diligenter vt ſciant numerũ cõmunicandorum ne cogantur bis cõſecrare. ꝛ ludimagiſter incipiat. Jeſus Chriſtus noſtra aut aliud ſimile Cõmunicatione autem facta ſtatim ceſſet cantus.

His peractis vertat ſe presbyter ad populum ꝛ dicat. dominus vobiſcum et cõuerſus legat collectam pro gratiarum actione ꝛ reſpondeat populus Amen/ Poſt/rurſum vertat ſe ad populũ ꝛ dicat primũ. dominus vobiſcum/demũ benedicat populum benedictione quæ eſt numeri ſexto. Benedicat te deus ꝛc Et incipiat ludimagiſter aliquod canticum breuiſſimũ vulgare/et ſic finis. Interim ſe

eyuat

euat miniſter/ ꝛ componat omnia/ ꝛ rur
ſum geniculetur ad altare ꝛ agat deo gra-
tias ſecreto.

CVm vero non fuerint cõmunicã-
tes/ non conſecretur/ ne incida-
mus in Sacramenti abuſum/ vſurpantes
illud contra ꝓmiſſionem dei/ Tamen in
alba tantum/ omiſſa caſula/ proſequatur
presbyter ſacrum/ coram aliquo pulpito nõ
coram altari id eſt intermiſſa cœna/ Poſt
vnũ atq; alterum canticum vnã atq; alte-
ram collectam legat/ Poſtremo pro more
populus benedicatur.

IN ſũmis vero feſtis chriſti vt na-
tiuitatis/ paſcatos/ pentecoſtes/
trinitatis/ cantetur in ciuitatibus
latinus introitus/ Gloria in excelſis/ Ha-
lelu ia/ cum ſequẽtijs puris. Item latine
præfationes/ quas ſic incipiet/ Dominus
vobiſcũ. Surſum corda ꝛc: Poſt/ Sanct⁹.
deinde oratio dominica cum verbis ꝯſecra-
tionis Sed hæc ſemper vulgari lingua.
C Poſtremo

Poſtremo. Agnus dei/ Tamē omnia hæc pro arbitrio miniſtri.

Ritus prædicandi. Eſt enī

Prædicatio Euangelij ipſiſſimū miniſterium ſpiritus & ſalutis noſtræ/ quo proprie chriſtū referūt prædicatores: iuxta illud. Qui vos audit me audit/ & nō quouis modo/ ſed ita exequēdū/ vt verbū dei certa ratione ceu ex ſynceritate/ ceu ex deo proloquātur / in cōſpectu dei per Jeſū Chriſtū ne vſquam adiectione aut detractione vitient

PRædicaturus Primum populum ad diuinum auxilium implorandum exhortabitur/ deinde textū explicandum prænarret/ Poſtea explicet/ nec vl-

nec vltra horam ſermonē protrahat/ nec propriis affectibus indulgeat/ Sed quod res eſt puris verbis vt intelligatur admoneat/ In primis autem ab omnibus inuectiuis ꝛ calumniis abſtineat/ nec vllos nominatim perſtringat/ tantum vitia in genere/ ꝛ quæ certa audierit/ reprehendat/ De non auditis taceat. Nec odioſe in papiſtas niſi vbi id admonitio ꝛ exemplum exigit inuehatur. Abſoluta concione/ iterū prædicator populum exhortabitur ad precandum/ pro omnibus ꝛ ſpiritualis ꝛ ciuilis vitæ negociis ꝛ neceſſitatibus.

Maxime autem pro illuſtriſſimo rege noſtro/ vt deus per eum nos tueri velit et Euangelio ſuum curſū largiri/ vt ſub eo cum pace gloriam domini promouere queamus/ ꝛ oret eccleſia orationem dominicam/ Qua orata ordiatur Ludimagiſter canticum vulgare maxime pro pace quod cum tota eccleſia abſoluat/

Aut ſi ſpecialis quædā neceſſitas præ ma-

nibus ſit/cantetur canticum pro ea amo‐
uenda/ aut legantur vulgares litaniæ/ ⁊
poſt eas Collecta eandem neceſſitatem
reſpiciens/ ⁊ reſpondeat populus Amen.
Poſt ſequatur exhortatio ⁊c vt in miſſa
patet.

HIc obſeruandum vt vulgares li‐
taniæ ad minus ſemel cantentur
in hebdomada poſt concionem die qua pa
ſtor loci voluerit

DOminicis diebus in vrbibus ſo‐
litum ſemper Euangeliū domi‐
nicale prædicetur. Pro matutinis ſub lucē
a Sacellano/ ⁊ inter miſſandū a parocho/
⁊ a prandio pueris immo omnibus præ‐
dicetur perpetuo Catechiſmus/ primum
decem præcepta/deinde articuli fidei/ poſt
oratio dominica/ tandē Inſtitutio ⁊ vſus
ſacramentorum.

VErum ita vt ſemper vna vice
vnica eius particula abſoluatur
Et in fine ſemper certa quædā ⁊ vniformis
expoſitio

expoſitio abomnibus obſeruetur/ vt in minore Lutheri catechiſmo extat Neque enim ibi quis eruditionem et ingenium ſuum oſtentare/ ſed omnia ad edificationem eccleſiæ referre debet/ vt idē ſemper ab omnibus audiatur/ ⁊ ipſa vniformitate doctrinæ populus certo inſtituatur/ Tantiſper autem dum articuli per ſe vnius partis enarrantur/ ſemper ipſa pars integra recenſeatur/ ſed tractim vt pueri ⁊ alij omnes eam tacite/apud ſe ſequi poſſit Ipſa autem pars certa quadam ratione incipiatur ⁊ terminetur/ Itidē in reliquis fiat. Et ſemper ſemel abſolutus catechiſmus de integro repetatur.

IN ſeptimanis bis ad ſũmum in vrbibus prædicetur/ quartis ⁊ ſextis ferijs. In publicis ⁊ certis neceſſitatib⁹ tertia ⁊ quarta cōcio addat. Et nō niſi faciles ⁊ fructuoſi libri vt epiſtolæ dominicales/ aut ſimile quippiam/ vnde populū ad veram pœnitentiam/ verum timorem

 dei

dei veram in deum fiduciam/ adeoqꝫ vera bona opera exhortari curant/ Fides enim vera/ſine pœnitētia haberi nō poteſt/ nec pœnitentia ſine fide eſt quod audit/ Et Chriſtus hæc duo ſimul prædicare vult. Lucæ vltimo.

IN vrbibus tamen populoſioribus vbi prædicatorum ⁊ auditorū copia eſt/ nō improbamus quotidie conciones etiam ex alijs libris fieri/ modo ea tractentur/ quæ faciant ad ædificationem/

RUri ad eundem modū dominicis diebus ſemper ꝯſuetum euāgelium ad dimidiū vnius horæ prædicetur/ ⁊ reliquum eius horæ Catechiſmo enarrando tribuatur. Et ſi qui ex præſentibus parochis pie prædicare nequeant / tantiſper dum id addiſcant ex danicis poſtillis ad verbum ſuis prælegant/ ⁊ Euangelij enarrationem ⁊ catechiſmi explicationem/ ſed tamen vt cū tempore aſſueſcant per ſe prædicare/

Neque

Neque charitatis indulgẽtiam in ignauiæ occaſionem vertant. Singulis autẽ domi⸗nicis vnam vnius partis catechiſmi par⸗ticulam enarrent/ et interim vt ⁊ ante de vrbibus dictum eſt/ dum in aliqua eius parte morantur/ ſemper eam integram prænarrent/ vt tacitus per ſe quiſqꝫ ruſti⸗corum/ eadem apud ſe/ recenſere valeat/ Singulas autem catechiſmi particulas ſẽ⸗per certa quadam ac breui expoſitione/ vt in minore lutheri catechiſ: extat/ cõcludãt nec vnquam ab ea varient/ ⁊ ſemper ipſas partes ſex certo quodam initio ordiantur ⁊ fine terminent/ et hoc ipſis perpetuũ ſit Proinde vbi ſemel abſolutus erit/ ſẽper de nouo repetatur/ ipſe inquam catechiſmus

Poſt concionem meminerint con cionatores ſemper ad publicas precationes ſe exhortari debere populũ pro noſtro Magiſtratu pro publica neceſſitate ⁊ libero Euãgelij curſu/

curſu/ Nimirum vt omnes deum ex toto corde et animo orent vnam orationem dominicam. Poſtremo canatur vulgare canticũ aut ſi neceſſitas publica obtinere cœperit litaniæ vulgares cum collecta

IN tribus maioribus feſtis chriſti / prædicetur in vigiliis eorũ ad quartale vnius horæ/ ſed in vrbibus hoc fieri dumtaxat volumus/ et in ipſis feſtis per triduũ/ ꝛ poſt meridiem de feſto In aliis feſtis/ vt Circũſionis/ Epiphaniæ Purificationis/ Annũciationis/ Aſcẽſionis/ Viſitationis Mariæ/ Johãnis baptiſtæ/ Michaelis Et Omniũ ſanctorũ/ tantũ in die prædicetur. Hæc enim ſola feſta retinemus cũ dominicis diebus

De ſpecialibus prædicationibus

IN die Stephani de diaconis prædicetur/ addito exẽplo Laurẽtii/ vt

certa

certa hominibus ſolicitudo erga pauperes imprimatur. In die Johānis euangeliſtæ de vocationibus/ vt ſua vnicuiq; vocatio commēdetur/ ne ea deſerta requirat aliam

Dominica Eſto mihi/ Euāgelium de baptiſmo chriſti Math: 3: legatur & hoc die toto ratio ſacramenti baptiſmi explicetur.

Dominica Quaſi modo geniti/ occaſione Euangelij Johannis vltimo/ De clauibus eccleſiæ prædicetur Bona quinta feria poſt palmarū Sacramentū corporis & ſanguinis Chriſti enarretur/ Et ſi qui cōmunicare voluerīt/ iuxta ritū dominicalem peragantur omnia/ Tantum diligenter moneatur populus/ ne ex ſola conſuetudine propter tempus comunicet/ Fiat etiam ad veſperā mentio & tractatio de lotione pedum & de agonia Chriſti in horto. Sexta feria poſt palmarū mane & a cantu puerorū/ cum vulgare

D canticum

canticum in communi cecinerint omnes/ aſcendat prædicator & ex ordine totam paſſionem prælegat/ conſcriptã & collectã a Doct: Pomerano/ex quatuor Euangeliſtis vſq; ad hiſtoriã reſurrectionis. Ita incipiens/Hoc eſt ſupplicium domini noſtri Jeſu Chriſti/vt ſcriptũ eſt a quatuor Euangeliſtis. Cum a cœna gratias egiſſet dominus noſter Jeſus Chriſtus/iuit trãs torrentem Cedron &c. Poſt ad dimidiam horam vſũ paſſionis indicare poterit/& a prandio reliquos locos explicare/ Quod ſi qui & hoc die cõmunicare voluerint communicent/ ſed omittatur ea pars miſſæ quæ ante prædicationẽ fieri ſolet/ Et fiat initium duntaxat ab exhortatione/Poſt quam ſtatim ſequitur Pater noſter &c.

IN die Johannis baptiſtæ de miniſterio externi verbi prædicetur contra anabaptiſtas/ qui iactant illud dictum Et erunt theodidacti/& omnes ſcholas vaſtãt/ tantum ne hiſtoria de

ſancto

ſancto Joanne negligatur quæ vna prædicatione nõ poteſt terminari nempe de cõceptione ⁊ natiuitate ⁊ prædicatione ⁊ decollatione eius/cuius pars poteſt in alios dies reſeruari Et poteſt in die natiuitatis Johãnis cantari ſequentia de decollatione Pſallite regi ⁊c̃

In die omniũ ſanctorum de fide ⁊ imitatione diuorũ prædicetur/ vt intelligat eccleſia quomodo pie honorãdi ſint ſancti/ nõ inuocatione aut ſuperſtitione falſæ religionis ⁊c

In die angelorũ cõmunis gratiarũ actio ſit pro omnib⁹ frugibus ipſo anno perceptis/ ⁊ cãtetur in gratiarũ actionẽ protinus a concione /magna animi deuotione a tota eccleſia Te deum/Per totum autẽ diem tam mane quam a prandio de angelis concio habeatur/ vt intelligant omnes quid per eorũ miniſterium nobis cõmodi accedat ⁊ vnde ſemper deo gratias agere debeamus.

Ritus feriandi. Sunt eni aliquot certæ feriæ conſeruandæ nō propter ipſos dies/ ſed ꝓpter prædicationē verbi/ vt cō- mode omnes euāgelij partes enarrari poſſint.

Ferias nullas vt ante dictum eſt/ recipim⁹ niſi ſolitos dominicos dies/ ad ſemel a labore interquieſcēdū ꝛ verbū dei audiendū ꝛ Sacramētū percipiendum/ ꝛ in cōmuni pro omnibus neceſſitatibus orandum/ deoqꝫ gratias agendum pro ſuis beneficijs.

Tria magna feſta chriſti per tres cōtinuos dies propter hiſtoriam Chriſti feriamur.

Itidem feſtum Circūciſionis/ Epiphaniæ Purificationis ꝛ Annūciationis Mariæ/ quod ſi in hebdomadā poſt dominicam

palmarū

palmarū aut vltra ceciderit/ ſēper ſabbato palmarum pro veteri more celebrabitur/ feſtū præterea Aſcenſionis/ Viſitationis cum ſolito Euangelio ꝛ epiſtola Eſaiæ xi capite/ Egredietur virga ꝛc/ cuius finis eſt. Et ſepulchꝛum eius glorioſum. Feſtū etiam Joannis baptiſtæ/ feſtū Michaelis pꝛo gratiarum actione/ Et feſtum omniū ſanctoꝛum.

Apoſtolorum feſta publice indi: cētur ꝛ ad proximos dñicos cū feſto Magdalenæ ꝛ Laurētij referantur De Magdalena poteſt cantari ſequentia Laus tibi Chꝛiſte ꝛc. Tamē iuxta rationē dñicarū omnia legantur ꝛ prædicētur/ tantū in fine concionis/ ſi quid certi de iis in ſcripturis habetur/ ad exemplum fidei charitatis ꝛ ſanctæ crucis ferendæ pꝛoponatur Vbi vero quotidie concio fit/liberū ſit eo ipſo die quo cadunt/ Euangelium feſti tractare.

Ritus baptizandi Eſt enī

baptiſmus obſignatio eorum/ quæ de Chriſto credim⁹ nēpe foedus dei nobiſcū in Chriſto/ confirmans fidem/ & ſignificatio poeni‑tentiæ quæ requirit vitam Chriſti‑anam.

Pueri Baptizētur vulgari lingua/ & in ſolito baptiſterio/ nudati trina vice perfūdātur aqua/ habita interim ratione valetudinis/ baptiſmus enim in ſalutem nō in perniciem puerorū confertur. Baptizaturus vero interroget adductores cuius puer ſit & an domi baptizatus: Quod ſi rite baptizatum audierit nullo modo rebaptizet/ vnus enim baptiſmus eſt Epheſ: 4. cap: Tantū Symbolū apoſtolicū/ Orationem dominicam/ cum Euangelio Marci ſupra puerum legat/ Poſt/ ad preſentes/ maxime teſtes (quos parentes

parentes pueri debent ad hoc rogare vel poſt baptiſmū ſi prę feſtinatione nō licet ante) dicat/ Fratres hic puer iā baptizat⁹ eſt ꝛ ſpiritū ſanctū ꝛ remiſſionē peccatorū habet/ergo ipſū rebaptizare nolumus/ne ſpiritū ſantum blaſphoememus/id quod vos teſtes in primis teſtabimini/gratias agentes domino deo/quod eum in gratiā per Chriſtum receperit. Poſt/dicat ad puerū/Dominus cuſtodiat introitū tuū ꝛ exitum tuū ex hoc nunc ꝛ vſq; in ſęculum Amē/et nouiſſimam orationem quę incipit Omnipotens deus ꝛc Poſtremo breuibus teſtes alloquatur/vt hoc vbique teſtari velint ꝛ ſi contigerit parentes oppetere/vt vice parētum in iis quę ſalutis ſūt ei eſſe velint pro virili/ſi fuerint in eo loco.

Quod ſi baptizatus non ſit vel de ei⁹ baptiſmo/vt ſępe fit/dubitetur(conditionalis enim baptiſmus in eccleſia locū nō habet) primū adhortatio ad aſtantes

teſtes habeatur/ vt præſtantiæ baptiſmi admoneantur/ ⁊ ad obſeruãtiam eorum quæ dicuntur excitentur. Poſt incipiat Exi ſpiritus immunde ⁊c. Facto baptiſmo rurſum exhortatio ad teſtes fiat/ vt ſciant quid puero debeant ſi cõtigerit ante maturam ætatem pueri mortem obire parentes/ informationẽ ſcꝫ in catechiſmo ſi fuerint in eodem loco/ vt adultus ita apud Chriſtũ permanere poſſit/ perinde atqꝫ illi per baptiſmũ inſertus eſt.

Ritus abſoluendi/ facit enim abſolutio ſi ei creditur peccatorem reuerti ad pactum baptiſmi.

NUllus abſoluatur niſi agnitione peccatorum ſuorum abſolutionẽ petierit. Propterea parochi vrbani ſub veſperis ſabbatinis/ rurales ante miſſam dominicalem in templis preſto ſint confeſſiones

feſſiones audituri eorum qui cõmunicare volent.

Confitens autem rationem ſuæ vitæ reddat ⁊ vel in genere ſe peccatorem agnoſcat/ aut quadam ſuæ vocationis delicta fateatur/aut ſi quid alioqui ꝯſcientiam male pungit recenſeat/ Nam ſingulorum peccatorũ enumeratio expoſtulanda nõ eſt/ ſed quorundam explicatio mire conſcientiã reficit. Miniſter autem ibi prudens ſit ⁊ pro ratione ſui cuiuſq; peccati remedium ex verbo dei adhibeat/ Et deinde niſi excõmunicatum ⁊ nondũ eccleſiæ reconciliatum offenderit per impoſitionem manuum abſoluat.

Poſtea ſi cõmunicare quoq; voluerit/ diligenter inquiratur quid de cœna domini ſẽtiat/ videlicet an intelligat quid cœna domini ſit/ ⁊ præſtet/ ⁊ quo vſu potiri velit/ ⁊ an etiam in ſchola Chriſti eatenus promouerit/ vt verba catechiſmi re-

cenſere queat/ Sin minus tanquā veſte nuptiali carens hac vice a cœna domini ex⸗cludatur. Verum hoc ei indicetur a pre⸗ſbytero in occulta confeſſione/ nempe vt abſtineat a ſacramento donec emendet ſe/ vel diſcat/ Ne ſi coram altari in publico reiiciatur aliquam contrahat infamiæ no⸗tam.

NVllus homicidarum qui nondū in gratiam cum partibus redierit aut magiſtratui ⁊ partibus nō ſatiſfecerit abſoluatur (hic tamen neceſſitati quæ lege caret nihil præſcribimus) multo minus datis literis ſine conſenſu partium ⁊ ma⸗giſtratus vt fit/ aſſecuretur.

QVi vero a perpetrato homicidio cum magiſtratu amiciſq; occiſi redierit in gratiam/ pro veteri more/ ex notis ⁊ amicis ſuis/ aliquot ſibi adiungat ⁊ die dominico/ita parochum loci accedat. atq; ibi ſtatim/ a concione ad ſūmum alta re/ pœnitudinem ſuam publicæ aperiat Quē auditum parochus/ eccleſiæ precibꝰ

cōmendabit/

cōmendabit/ conſolabitur/ ⁊ ſic abſoluet.

AD eundem modū inceſtuoſi ⁊ quot-quot publico crimine eccleſiam palam offenderunt/publice pœniteant. Et ſi ſerio ⁊ ex animo abſolui petierint/ publice ab-ſoluantur/⁊ eccleſiæ reconcilientur Nam aperta peccata palam abſoluēda ſūt Quæ vero occulta fuerint etiam occulte ſunt ab-ſoluenda. Nihil vero negligendum erga eos qui publico iudicio ob ſcelera cōdem-nantur ad mortem. Abſolutio eis danda eſt ⁊ ſacramentum ſi poſtulauerint.

Ritus cōmunicādi. eſt eni

cōmunicatio/confirmatio credentiū adeoq; pignus quod teſtificatur nobis exhiberi res Euāgelio pro-miſſas/remiſſionem ſcilicet peccatorum/imputa-tionem iuſticiæ ⁊ vitā æternā.

Ommūicaturi vtraq; ſpecie comu‑
nicent vbique. Et ſi quidam ſunt
infirmi fide/id eſt qui nō audent
ita ſuſcipere/ aut etiam adhuc ignorantes
ſūt/ hi poſſūt per diligentes prædicatores
vel in tribus menſibus ſatis inſtitui de in‑
ſtitutione Chriſti/ vt ⁊ ipſi velint ita ſuſ‑
cipere/ maxime cum viderint exemplum
aliorum. Alioqui ſi audire noluerint/ nō
infirmi aut ignorantes iudicandi ſunt ſed
indurati ⁊ pertinaces aduerſus Chriſti in‑
ſtitutionem.

AD ſacram autem ſinaxim/ quæ
tātum credentiū eſt/nulli ne qui‑
dem ex credentibus admittendi/ niſi ſe
miniſtro indicauerit ⁊ cōmunionē petierit.
Deinde ne petentes quidem omnes admit‑
tendi niſi prius fidei ſue rationem reddi‑
derint ⁊ ad queſtiones cœnæ reſpōderint/
Niſi alias ſat integros eſſe conſtiterit/ De‑
mū/ ſi etiam bene reſponderint et non
referant interim morbus ſuam intelligen‑
tiam/ a cōmunione arceantur in occulta

tamen

tamen confeſſione vt ante dictum.

Primum igitur/nemo ex credentibus admittatur ad ſacram ſinaxim qui ſe presbytero eccleſiæ non indicauit.
Deinde/nec quiſquā eorum qui examinatus/ſed ad interrogata non tenēs quod reſpondeat/ eſt admittēdus.
Demum nec hi qui etiamſi examinati & ad omnia interrogati reſpōdere ſatis docti vitam tamen viuunt ſuæ profeſſioni contrariam.
Arcendi proinde a ſacra ſenaxi ſūt publicæ excomunicati & nōdum abſoluti.
Deinde Quicunq; in confeſſa hæreſi obſtinate hærent.
Præterea Inſani hōmines & imprudentes pueri.
Poſtremo/omnes qui in manifeſtis criminibus obſtinate viuunt vt adulteri/ ſcortatores/ vſurarij/ ebrioſi/maledici/ iniuriatores/ & maxime

 blaſphemi/

blaſphemi/ꝛ contemptores verbi/qui pa-
lam ꝛ ſine timore peccant/ et magnifica
nihilominus de Euangelio iactant.

S ſima. diſcipuli Chriſti/ qui ſe indi-
cauerit miniſtris/ examinati/quod
reos eſt confeſſi ꝛ vitam chriſtiano nomine
dignam viuentes/ præterea qui abſoluti ꝛ
non reiecti/ cõmunicent et accedant primũ
viri poſt mulieres.

Q Uotannis autem ſemper/ bis
denũcientur illi/ qui a ſacramẽto
euchariſtiæ arcendi ſũt/ dominica ſcilicet
palmarum/ꝛ quarta dominica aduentus.

Ritus cõiũgendi matrimo-

nialiter Porro matrimoniũ ad mini-
ſtros verbi nõ ſpectat/niſi quantũ
ad cõiunctionẽ eorum ꝛ ſcrupulos
ꝯſcientiarũ attinet/reliqua
omnia ad magiſtratũ
pertinent.

Matrimonialiter

MAtrimonialiter contra gradus prohibitos nulli coniũgantur Ne: qui clam inter ſe cõtra voluntatem eorum/ quibus ſub ſunt/ contraxerint Aut nõ ante ſemel atqz iterũ palam in templis denunciati ſunt/ ac publica precatione adiuti.

In quibus vero omnia ſe recte habent/in facie eccleſiæ iuxta receptũ patriæ morem a miniſtris eccleſiæ recepti copulẽtur iuxta rationẽ quæ extat in minore catechiſmo Lutheri.

POſt hac vero nõ admittatur matrimonium in tertio gradu/vt ſeruetur honeſtas ⁊ verecundia ſanguinis/ quẽadmodũ hactenus a progenitoribus noſtris eſt obſeruata/

Ritus iſtituẽdi miniſtros

Eſt autem

Est autem ordinatio/ nihil aliud quã ritus eccleſiaſticus/ vocãdi aliquem in miniſteriũ verbi ⁊ ſacramẽtorum.

Nemo enim per ſe/ nõ vocatus rite/ ſubire miniſterium in eccleſia debet/ aut parochiam inuadere/

OMnes preſbyteri vnius prouinciæ ſiue præfecturæ eligant ſibi cũ ſuo ſuperattendente/ vnũ ex prædicatoribus/ quẽ dignum iudicauerint/ ſiue in ciuitate ſiue in rure habitet/ vt ſit preſbyterorũ ⁊ eccleſiarũ illic Præpoſitus.

ECcleſia quæ indiget miniſtro/ oret primum exemplo Chriſti/ deinde per præcipuos/ quorum intereſt/ cũ Præpoſito eligat ſibi quem iudicat idoneũ/ de quo ipſa certum teſtimonium bonæ vitæ/ ⁊ morum ſcribere poſſit ſuperattendenti loci ⁊ cum literis eũ mittat ad ſuperattendentẽ

examinandum

examinandũ de doctrina/ vbi vero aliqui ſũt qui ab antiquo habent ius patronatus eligendi ⁊ præſentandi paſtores ſiue prædicatores/ illos roget eccleſia pro viro/ quẽ ipſa dignum iudicauerit/ vt præſentent eum ſuperattendenti/

IN vrbibus ſiue ciuitatibus ſenatui ⁊ magiſtratui præſentandi ius ſit/ etiam illic vbi nullum ius patronatus hactenus habuerunt ſenatores vel magiſtratus loci/ modo iſto iure nõ abutantur contra hanc noſtram ordinationẽ/ Miſſio vero ordinandi/ ad ſuperattendẽtem ⁊ præfectum/ fiat expenſis eccleſiæ quæ eum mittit.

POrro ſi ordinandus probatus in doctrina fuerit/ Superattendens mittat eum ad Præfectũ loci vt ab eo ſuſcipiatur nomine noſtro. Ibi forma iuramenti ſit hæc ⁊ nõ alia. Ego .N. electus paſtor Eccleſiæ .N. promitto Sereniſſimo Regi fidelitatem/ ꝙ honorem

obedientiam ⁊ pacem Regiæ Maieſtatis curabo/ diuerſa vero cauebo/ Promitto etiam officij mihi cõmiſſi diligentiam quā diu in eo fuero ſecundū ordinationis præſcriptum Si quid vel imprudens vel humana fragilitate neglexero/hoc ignoſcat mihi deus per filiū ſuum dominū noſtrū Jeſum Chriſtum. Contrarium vero per contemptū agere nolo. Jta me deus adiuuet ſuo ſancto Euangelio.

Præfectus autem noſter ſtatim cū venerit ſuſcipiat eum benigne/ ⁊ remittat cū literis ad Superattendentē/ ne grauetur ſumptu/ ⁊ ne interim/quod periculoſum eſt/eccleſia eius careat paſtore ⁊ animarum ſecundum deum curatore. Porro præfect⁹ noſter nihil accipiat ab eo/ ne auariciæ cõmerciū/quod Superattendentibus prohibemus/ a noſtris Præfectis turpiter cõmittatur. ne etiā noſtri preſbyteri videātur vel cogātur dānata Simonia emere ſacrū Eccleſiæ miniſteriū ad quod honeſti ⁊ docti vocari/⁊ ſi recuſauerint/ cogi ſacra admo

nitione

nitione debēt/ tantū abeſt vt impie et tur‑
pit emāt. Non liciat hoc noſtris Præfectis
quod hacten⁹ nō licuit Papiſticis Epiſco‑
pis niſi cū ſūmo crimine tyrannidis et
Simoniæ. Si quid autem dandū eſt No‑
tario qui ſcribit literas pro ſuo labore licet
modico/ ſit dimidius aure⁹/ aut ad ſūmū
integer aureus honoris gratia/ hunc det
electus presbyter Notario præfecti ſed ex‑
pēſis Eccleſiæ quæ eū mittit. Poſtea vbi
adfert literas/ ſuſcipiat eum ſuperattendēs
in templum ciuitatis vbi habitat/ ⁊ coram
altari publice ſic eum ordinet/ hac ceremo‑
nia/

Primum Poſt lectam epiſtolam in
miſſa vnus ex presbyteris aſcendat ſug‑
geſtum/ et dicat illum virum :N: vocatū
ab eccleſia :N. ad publicum ſacri Euange
lij miniſterium/ habere bonū teſtimoniū
vitæ/ apud illam eccleſiam/ probatum ab
epiſcopo in doctrina ſyncera/ Nunc ordi‑
nandum ad hoc illius eccleſiæ officiū corā

 altari

altari ſacra lectione/ exhortatione/ manuũ impoſitione/ ꝛ oratione/ iccirco exhortari ſe vt populus interim oret ꝛ commendet miniſtrum cũ miniſterio deo/ vt hoc cedat in gloriam dei ꝛ ſalutem multorum/ Nec minus grãs agat deo per Chriſtũ quod prædicatores ſuæ eccleſiæ mittit/ Siquidẽ hæc ſunt dona quæ Chriſtus aſcendens ſuæ donauit eccleſiæ vt eſt Ephe:4: Aſcẽdens in altum ꝛc̃

DEinde cãtante ſchola/ Veni ſãcte ſpiritus latine/ coram altari geniculatur ordinandus cum aliquot presbyteris qui adeſſe poſſunt/ ꝛ ſuperattendens ſtans ad altare dicat collectam/ Deus qui corda fidelium ſancti ſpiritus ꝛc̃ deinde verſus ad populum/ legat ſacram lectionẽ de epiſcopis ex epiſtola ad Titum vulgari ſermone/ Poſt lectionem proponat ordinando mandata de Euangelio ſyncere prædicando Et de ſacramentis recte adminiſtrandis/ deinde vt recte doceat de pænitentia/ de cruce/ de magiſtratu ꝛ obedientia/

dientia/ de bonis operibus/ ⁊ reſiſtat per ſanā doctrinam erroribus/et vt diligenter ſtudeat ſacris litteris/ ſit quoq; aſſiduus in oratione/ Ad quæ omnia/ aperta voce coram omnibus reſpondeat/ ſeſe hæc dili genter curaturum ſecundū gratiam dei.

P Einde epiſcopus ſiue ſuperattendens cū presbyteris impōat ordinādo ma⸗ n⁹ ⁊ o..t aperta voce vulgariter/Pater no⸗ ſter ⁊ addat collectam/ ad hoc factam ſine tono/ Et in fine iubeat totam eccleſiam reſpondere Amen/ Mox canitur vulga riter Nunc precamur ſanctum ſpiritum/ integre cū omnib⁹ verſibus. Interī ſuper⸗ attendens geniculatur coram altari ⁊ orat ſecreto. Finito vero primo verſu canticj/ ſurgit ⁊ ſtat altare verſus/⁊ ſimul ſurgūt alij presbyteri cū ordinato Et ordinatus accipit ſibi locum nō procul ab altari/vt accipiat cōmunionem ſacram/ ad quā præ cæteris tunc primus debet accedere.

Ita hoc totū negocium ordinationis perficietur ſecundum dictū pauli. Creatura ſanctificatur per verbum ⁊ orationem.

Poſtea ſuperattendens literis ſigillo ſuo obſignatis commēdabit eum Præpoſito ⁊ aliis presbyteris ſi qui ibi ſunt in eccleſia cui ordinatus præficitur/ ⁊ magiſtratui et toti eccleſiæ vt ſit ſacri verbi prædicator ⁊ ſacramentorum Chriſti adminiſtrator Præpoſitus vero die dominico aut feſto pro concione/ eum populo commendet/ ⁊ legat literas epiſcopi/ quod eſt rite vocatus examinatus et ordinatus ⁊c̄

Præfectus noſter cū ad eum locū poſtea per occaſionem venerit (alioqui nō eſt opus eo propter hanc cauſam ire) nomine Regis mandet illic hominibus vt tueantur hunc presbyterū et dent ei ſtato tempere quæ ſūt ordinata/ cōminenturq; ſe velle vindicare nomine Regis contra inobedientes, Mādamus vero

vt præfect

vt præfectus noſter cū licet/ hoc diligenter exequatur.

ITem inueniuntur parochiæ / neq; tam populoſæ neq; tam liberaliter conſtitutæ/vt ſingulæ ſuos paſtores alere queant. hinc accidit quod magno labore ⁊ paruo auditorū fructu/paſtor vnus/ multis parochiis cogitur inſeruire. Ideo nullus parochus plures eccleſias debet habere/quā quib⁹ cōmode poſſit verbo ⁊ ſacramentis præeſſe/⁊ cū ſuo æditu o eos catechiſmū docere/⁊ viſitare eas ad docendum ſuo tempore/ ſecundum ordinationē quā præſcribit ei ſuperattendēs cū præpoſito loci. Fiat ergo ex his eccleſiis iudicio ſuperattendentis ⁊ præpoſiti ⁊ præfecti noſtri parochia vna/⁊ ſcribatur nobis ab illis vt ↄfirmemus ⁊c̃

MOnachi mendicantes poſthac in regnis noſtris nō ſuſtineantur/ nō mendicēt/ nō prædicēt/ aut cōfeſſiones audiant ⁊c. ſed maneant in monaſterio quā

ſeniores

ſeniores & ægroti ſunt nec vllis officiis apti Ibi alentur propter deum/ ita tamẽ vt cucullam & cappam exuant & Euangeliũ nõ blaſphement.

ITem imagines quibus vota nũcupantur ab imperita multitudine/ ad quos e remotis etiam locis cũ idololatriæ vitio concurſus fit/ omnino ſint abrogatæ/quãdoquidem omnibus cõſtat nihil aliud eſſe quam idolatriam.

ORdinati autem ad miniſterium ſpiritus/ Id eſt/ad Euangeliũ prædicandum parochi/ tantiſper quod ſint audiant/dum ſynceri in doctrina & moribus eſſe perſeuerant/nõ implicentur ciuilibus aut aliis negociis ad ſe nõ pertinentibus Quod ſi diſſimiles ſui eſſe cœperint nec admoniti reſipuerint in ordinem pro iudicio Superintendẽtis & præpoſitorũ a Præfecto noſtro & magiſtratu redigantur et in vulgo computentur.

Ritus

Ritus excōmunicādi ob‑ſtinatos Eſt enim excōmunicatio ex‑tremum eccleſiæ remedium / ad obuiandum vitijs / et ideo hoc nouiſſimo tēpore mordicus retinen dum.

QUicunq; publicis criminibus palam obnoxii ſunt et eccleſiam offendunt / vt ſunt adulteri / ſcortatores etc. Et ſemel atq; iterum admoniti reſipiſcere nolūt / ſed obſtinati in malitia perſiſtunt / pro ethni‑cis et damnatis habendi Math: 18. nec ad Sacramentū euchariſtie / ad maiorem ipſorum damnationē permittendi ſunt / tantiſper dum de publicis cōmiſſis / non Pœnituerint / Poterunt tamē permitti ad conciones.

Interim tamen diligenter ſūt admo‑nendi / vt deū timeant nec hoc prædicatorū

iudicium/ nomine cõmunitatis/iuxta verbum dei ꝯmiſſum/ contemnant/ ne maius cõtra ſe iudicium dei excitent/ ⁊ maternum hoc eccleſiæ flagellum/ in æternam damnationem vertant/ Nam quicquid ita prædicatores: iuxta verbũ dei decernũt ratum deus habiturus eſt.

POſſumus tamen cum excomunicato ciuiliter conuerſari/ propter publicã tranquillitatem/ Sed nõ agendũ cum eo vt fratre/ ne ipſius malum eccleſiæ imponatur.

REliqua ad magiſtratum ſpectãt Nã blaſphemi/adulteri/ſtupratores virginũ/ depredatores eccleſiorum/ ⁊ prophani earum inuaſores/ etiam in ius gladii cadunt. ⁊ debet gladius eccleſiæ hactenus ſuam operam/vt per illũ in pace agat.

Ritus

Ritus viſitãdi infirmos & pauperes/ hoc autem maxime decet bonos prædicatores ꝓpterea quod illi omniũ maxime Euãgeliẜzantur.

PRædicatores frequenter pauperes & infirmos inuiſant/ & ſedulo per occaſionem hortentur populum vt tempeſtiue ſe vocent/ quo ſepius adire et cõmonefacere poſſint/ neq; ad extremã vſq; neceſſitatem expectent/ niſi cum im⸗prouiſo morbo alquis præuentus fuerit.

QVo autem ſemel vocati ſũt eo ſe pro neceſſitate infirmi ſubinde conferãt/ niſi infirmi alios habeant penes ſe/ per quo ſufficienter inſtitui poſſint/ Quo autem vocati nõ fuerint/ ſatis excuſati ſũt ſi nõ acceſſerint.

Cum autem ad infirmũ presbyter adue-
nerit vt eũ cõmunicet / in primis obſeruet
quem ſtatum in verbo dei infirmus habu
erit/vt eo cõmodi⁹ eum informare queat/
Deinde ſi conditio infirmi ferat/ex claris
locis ſcripturæ oſtẽdat omnes nos peccato
res eſſe/⁊ per ſolam fidem in Jeſũ Chriſtũ
conſequi remiſſionem peccatorũ. Poſtea
ad quid Chriſtus ſuam cœnam inſtituerit
iuxta ſententiam exhortationis quæ cõ-
munionem præcedit moneat / Interim
menſa mundo lintheo inſternatur/⁊ lucer
na ardens ſi haberi poteſt apponatur /
Poſtremo panis patenæ imponatur ⁊ vi-
num calici infundatur. Et his peractis
miniſter publice dicat. Dominus Noſter
Jeſus Chriſt⁹ Math: 18 inquit. Vbicũ-
q; duo vel tres in nomine ſuo congregati
fuerint/ ibi ſe inmedio eorum futurum/⁊
q̃cquid in noĩe ſuo petierint/ certo eis euẽ-
turum/ Ex q̃ro in nomine domini iã cõ-
gregati ſum⁹ memoriã cœneipſius facturĩ.
Jn nomine Domini dabimus ſacramẽtũ

eius

eius fratri noſtro infirmo aut ſorori qui vel quæ nõ poteſt nobiſcum ad cõmunionẽ Chriſti cœnæ accedere.

DUm vero clara voce legat primum Symbolum apoſtolicũ ⁊ orationem dominicã/ Poſtea verba conſecrationis/ ⁊ dicat/ Dominus noſter Jeſus Chriſtus in ea nocte qua tradebatur ⁊c ⁊ porrigat ægroto pro more corpus Chriſti Deinde calice accepto dicat Ad eundem modum poſtquam cœnatũ eſt accepit ⁊c ⁊ porrigat Debent autem miniſtri cũ ita ſacramentũ tractant ſuo vulgari ſed tamen honeſto et decenti veſtitu propter reuerentiam ſacramenti vti.

POſtremo diligenter ægrotũ de baptiſmo/ fide ⁊ cruce iformet ⁊ in primis eũ ad patientiam exhortetur quod crucẽ nobis dominus deus non in hoc vt perdat/ immittat/ Sed vt nos ad pœnitentiam inuitet/ ⁊ ita nos ad ſui ⁊

noſtri cognitionem perductos ſuis nos bonis inuocatus afficere valeat.

Quē enim diligit hunc corripit/ ⁊ tanquā pater in filio bene complacet ſibi. ⁊ ideo hoc ſabbatū domino deo ſanctificandum eſſe/ ⁊ patienter omnia ferenda/ etiam ſi moriendum ſit ⁊ baptiſmꝰ noſter complendꝰ/ propterea quod mors noſtra/ in Chriſto nō mors ſed vere vitæ introitus ſit/ iuxta illud/ Qui credit in me non morietur in æternum ⁊c

QVi vero in vita Euangelium contempſerunt/ aut alias male vixerūt/ ſi poſſint in extremis a prædicatoribus conuerti/ bene habet. Sin minus ſacramentum corporis ⁊ ſanguinis chriſti donari eis nō poteſt ne in maiorem condēnationem accipiant/ Qui autem Chriſtū confitentur/ ⁊ ſuam malā vitam agnoſcūt ſerio poſcentes ſacramentū/ iis abſq; omni periculo porrigi poteſt/ nec enim latius miniſter iudicare valet/

Ad hæc/pauperes in hoſpitalibus diligẽter inuiſant/ ſemel atque iterum in ſeptimana/ ⁊ amice eos verbo dei conſolentur/ ⁊ ſi opus eſt/ informent etiam.

Ritus accedẽdi ad iudicatos/ quod ⁊ ipſum certum opus miſericordiæ eſt quod etiam deus in nouiſſimo die agniturus eſt Math: 25:

AD facinoroſos qui extremo ſupplicio afficiendi ſũt ſæpe numero prædicatores/ non ſolum cũ ad pœnam depromẽdi ſũt ſed etiam ſæpe alias accedant/ quo conferre cum eis ⁊ informare ad cognitionem gratiæ poſſint Nã exquo publici peccatores gratiam fere/ vt ſit/contemnũt/niſi ſubinde admoneãtur/ vix ſolide in gratia inſtitui poterunt/ ⁊ ſi quibus

quibus deus ita gratiam largiatur/vt ſerio
ſuam fidē confiteantur ⁊ ſacramentū deſy=
derent/ his omnino dandū eſt/ tamē vnū
aut alterū diem ante ſupplicium In quib⁹
vero huiusmodi ſeria cōfeſſio fidei inuēta
non fuerit/ domino deo cōmittendi ſunt/
tamen nihil præterea in eis omittendum
nec deſerendi antequā ſupplicio affecti ſūt.

Ritus ſepeliendi mortuos

**Eſt enim ⁊ ſepultura mortuorū inter
opera miſericordie numerata/ ⁊
ideo miniſtro ad id vocato
non impigre frequen=
tanda.**

Dum quis e numero fidelium in do=
mino obdormierit/ ⁊ iam tumulo
demādādus ſit/poterūt æramēta pulſari
Et qui hunc pulſum deſyderant/ dent
ecclesiæ ad ædificium pecuniam hactenus
cōſuetam Atque fieri poſſunt hæc non ad

mortuos

mortuos ſed ad viuentes cõmonendum Vbi ſcholæ ſunt ſcholaſtici funus deducere poſſunt cantantes interim Benedict⁹ vel pſalmũ Dñe refugiũ aut De profũdis. aut Miſerere cũ antiphona Media vita vel alia vulgaria cantica. vbi vero ſcholæ non ſũt/ tacite illud ſequantur qui efferũt

Poſtea vero quã ad ſepulturam eſt peruẽ⸗ tũ tegatur corp⁹ humo/ ꝛ pueri cũ populo canãt ſymbolũ vulgariter/ ꝛ Nũc dimittis vulgariter/ Poſtea ſi vacat habeat predi⸗ cator modo ſit aduocatus/ ex Paulo vel alio ſcripturæ loco/ exhortationem ad po pulum his verbis. fratres ex quo ꝛc Poſt orent geniculando orationem dominicam vt ꝛ ipſis liceat in fide perſeuerare ꝛ mori.

Ritus ĩformãdi obſtetrices.

Obſtetrices enim habendæ ꝛ quidẽ honeſtæ ꝛ piæ, officiũ ſuum intelligẽ⸗

tes ⁊ locis cõmodis morantes vt pꝛo
diuitibus ita pꝛo pauperibus

PRædicatores electas obſtetrices
īformēt/ Primū qui cū grauidis
deinde cum fructu ſe habeant.
Primum vt cū grauidis ⁊ partui vicinis
ita ſe gerant/vt conſolari eas ⁊ ad gratiarū
actionem exhoꝛtari valeant ob benedictio-
nem vteri/ quæ nõ omnibus contingit/
Ob præſētiam dei ibidem vices obſtetricū
per ſe obeuntis .2. Machab :7: Ob
auxiliū dei certum/⁊ adfuturū implorāti.
Præterea vt intelligāt dolores partus/cru-
cem eſſe a deo eis impoſitam Gene :3: qui
breui ſint in magnū gaudium cõuertendi
Johā: 16: Et ſi periclitari eis contingat/
patientes ſint ⁊ ſe deo cõmendent/ cum
omnibus crucem ferentibus/ verum hoc
diſſimulandum eſt coꝛam eis niſi in ſūma
neceſſitate.

SEcundo vt cum fructu ſic ſe ha-
beant. vt fœtus in vtero materno

mortuos deo ꝯmendent/ certe ad ſe non pertinere quod intermortuū ſit ⁊ in lucem non editum/ tantum vt parturiens libe‑retur/ efficiant. Et ſi quos viuos ſenſerint aut etiam partim prodeuntes ſed morti vicinos nō tamen (vt fit) baptizent/ niſi penitus editos Nihil enim renaſci quod nondū ſit natum poteſt tantum domino deo cōmendent his vel ſimilibus verbis/ Domine Jeſu Chriſte qui beneplacitum habes in pueris tibi oblatis/ ⁊ libenter eos ad vitam æternam accæptas/ Qui dixiſti. Sinite pueros venire ad me ⁊c̄ iuxta quod verbum/ hunc puerū tibi ſaluatori noſtro offerimus non per vlnas ſed orati‑ones noſtras Accipe eum quæſo ⁊ tuæ redemptioni nobis in cruce impetratæ per‑petuo comendatū ſine/ Amen Et ſi con‑tigerit puerum ita ſine baptiſmo mori nō eſt tamen de ſalute eius deſperandum/ Juxta illud verbū Sinite peruulos venire ad me/ Et quicq̄d petieritis in noīe meo.

Quod ſi infans in lucem editus de vita periclitari incœperit protinus obſtetrix eum domino deo commendet & ſi quæ aliæ adſunt piæ mulieres/ his & ſimilibus verbis. Domine Jeſu Chriſte hunc puerum tibi iuxta tuũ verbum offerimus/ quem vt accipias & Chriſtianũ eſſe ſinas precamur/ aut breuiſſime ſic/ Dñe Jeſu ſuſcipe hunc puerũ. Et ſtatim baptizetur his verbis. Ego baptizo te in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti Amen Quod ſi puero nomen præ feſtinatione impoſitũ non ſit/ poſt imponatur. Tantum ad templum vt eus baptiſmus præſentibus teſtibus a miniſtro confirmetur feratur. Sed nullo modo rebaptizetur/ ne in vniuerſam ſcripturam impingamus/niſi poſt examinationẽ teſtiũ dubitetur vt ante dictum eſt.

Ritus inſtuendi puerperas

Sunt enim puerperæ/ vera vaſa dei.

Et hoc

et hoc deo cõmendatiores quo partui viciniores.

PRegnãtes fœminæ a prædicatoribus diligenter ſunt inſtituendæ / vt vterum ferentes ſubinde fructũ Domino deo ꝯmendare aſſueſcant ſolæ vel cũ marito / his aut ſimilibus verbis. Gratias agimus tibi omnipotens æterne deus / pro hac tua benedictione / ⁊ precamur te domine Jeſu Chriſte vt hunc fructum tibi perpetuo cõmẽdatum eſſe velis / et quia præcepiſti pueros tibi offerri / etiã hũc fructum noſtris tibi precibus offerim⁹. Proinde fac eum acceptes / ⁊ precioſi ſanguinis tui fructũ æternũ ei cõmunices Amẽ Tales pueri / ita pro eorum conditione Chriſto iuxta ꝓprium eius verbum oblati etiam ſi in vtero moriantur tamẽ damnãdi nõ ſũt / imo de ſalute eorũ certo ſperandum / vt nec pueri Jſraelitarũ ante octauã diem incircumciſi mortui dãnati cenſebantur / vt

tur/ vt ſciant deinde ſe nō eſſe in poteſtate ſatanæ/ vt hactenus opinatum eſt per ignorantiam dei ⁊ infidelitatē etiam ſi plus cæteris tententur. hoc enim agit ſatan vt vocationem etiā inuiſam reddat mulieribus per quam in primis deo placent/ 1 Timoth: 2 : Præterea vt licet libere ſint ab obſeruatione legis Moſaicæ nec introductione miniſtrorum egeant/ tamen ſolito more ſe domi ꝯtineant/ſi nō ob incolumitatem maxime tamē propter honiſtatem ne malo exemplo alijs ſint ⁊ ſaluti puerorum male conſulant.

Rit⁹ cū foeminis proprios liberos opprimentibus obſeruādus:

Fœmina quæ proprium puerum opprimit per incuriam (de quo tamen paſtores diligenter cōmonere debent pro cōtione ne fiat) adducatur a paſtore

a paſtore ad Superattendentem/ ꝛ ibi pe-
tat abſolutionē a peccato. Superattendēs
vero mulctam dicat pecūiariam/ quā ipſa
ferre poſſit ꝛ curetur vt ea pecunia in æra-
rium publicum ꝯijciatur pro pauperibus.

DE ſcholis/ puerorum inſtitutione ꝛ ipſa animarum ad Euangelium præparatione/ qua prima pueritia ad religionem ꝛ ad alias virtutes formatur/ ꝛ eas artes percipit/ quæ vel ad docendum religionem vel ad ciuilem rerum ſtatum conſeruandum/ plurimū conducit.

IN ſingulis vrbibus ꝛ oppidis latinæ ſcholæ et idonei ad earum modera-tionē præceptores tres aut ad minus duo ſint. Ad hos iuuentus ne a Chriſto cui per

baptiſmū

baptiſmū conſecrata eſt/ rurſum excidat/ et legetur.

AD hoc autem boni prædicatores vbiq; vulgum diligenter exhortentur/ vt meminerint id ſe pueris debere parentes/ et deum ab ipſis requirere/ atq; publicam neceſſitatem poſcere/ vt ſint per quos pietatem ad poſteros noſtros tranſmittere queamus/ ⁊ quorū opera in publicis rebus vti poſſimus Superattendēs vero ⁊ Præfectus noſter cū viſitant debent admonere vrgere ⁊ nomine noſtro mandare vt hoc fiat/ immo etiam conſilio ⁊ auxilio ſuo Scholas inſtituere.

Ratio ſcholarum

VNica tantum ſchola in ſingulis vrbibus ⁊ oppidis ſit/ omnibus angularibus ſubmotis ⁊ in certas claſſes/ vt ratio ſingulorum haberi poſſit deſtribuatur/ neq; quicquam in iis quam

latinæ

latine doceatur Germanicis enim aut Danicis ſcholis latinæ corrumpuntur/ Et eos qui græca cũ hebræis docent/ ſuo magis profectui quã puerorum ↄſulere ipſa adeo res teſtatur.

Claſſes puerorũ vbi tres moderatores/ quattuor/ vbi tantum duo/ tres/ ſint.

Prima Claſſis

Abecedariorum ⁊ dictionariorum eſto quorũ hi in ludo vnam/ iſti alterã partem occupent.

Abecedarij legere ex puerilibus enchyridijs diſcant. quæ Orationem dominicã/ Symbolũ apoſtolicum/ ⁊ decem præcepta cũ verbis baptiſmi ⁊ cœnæ domini/ cum reliquis puerorũ preculis continent Et veſperi ſemper domum cum duobus vocabulis latinis mittantur.

DIctionarij qui enchyridion egreſſi aliquantulum legere norunt/ donatum ⁊ Catonē habeant/ ⁊ hūc legere/ illū ad verbū exponere diſcant/ in ijs diligenter exerceantur ⁊ ſemel emēſos rurſum ab integro incipiant dum perfecte legere norint. Interim quotidie ſcribant ⁊ ſcripta oſtendant/ ⁊ ſub veſperam itidem duobus vocabulis latinis domum mittā-tur/ quæ mane rurſum ab iis/ cū lectionē recenſent requirantur.

Secunda Claſſis

EOrum qui iam perfecte legere queūt ⁊ grāmatices præceptiōes diſcūt/ eſto Libri eorū mane grāmatica Philippi/ vbi in vſum grāmatices Eſopum exponant/ ⁊ ſimul declinare ⁊ cōiugare diſcant/ etiam regulis declinationum ⁊ coniugationum adſignatis. A meridie fabulas Eſopi / veſperi Pædologiam Moſelani. In qui-bus ſi aliquantulū triti fuerint/ addantur

aliquot

aliquot ſelectiora colloquia Eraſmi. Interī diligenter exerceantur/ vt ſemper latine loquantur/ recte ſcribant/ ⁊ conſtruere ex arte diſcant. Et veſperi ſimiliter ſententia aliqua morali/ quam mane in ludo exponāt/ domum ire permittantur.

Tertia Claſſis

GRāmaticorum aliquouſque profectorum/ vt qui iam declinare coniugare ⁊ conſtruere nōnihil norint/ eſto.

Libri eorum/ mane/ Iterum grāmatica Philippi. Ibi rurſum in vſum grāmatices Terentius repetatur/ conſtructiones exigātur/ ⁊ regulæ grāmatices memoriter recitentur.

A meridie Terentius/ quem etiā memoriæ cōmendabunt/ ⁊ cū in eo nō nihil promouerint/ ſelectiores Plauti comediæ/ veſperi breuiores aliquot Cice-

 ronis

ronis epoſtolæ aut ſimile aliquid/ Hi ſēper latine loquātur/ quotidie aliquid ex Terētio recitent/ Semel in quauis ſeptimana epiſtolas ſcribant. Et veſperi domū duobus moralibus carminibus capeſſant.

Quarta Claſſis earū ſcholarum vbi tres moderatores

Eorum eſto qui iam aliquantulū etiā loqui & ſcribere latine poſſunt.

Libri eorū/ mane/ rurſum grāmatica Philippi/ vbi iterum in vſus grāmatices Virgili⁹ repetatur/ & præter cōſtructiones etiam percipuæ figuræ dictionū/ orationū & ſententiarum indicentur/ et vbi in eis probe exercitati ſūt/ tum demū Dialectica & Rethorica Philippi addētur/ A meridie Virgil⁹/ & poſt eum Ouidii Metamorphoſis Sub veſperā Officia Ciceronis vel familiares eius epiſtolæ/ Hi præterquam quod aliud nihil quam latine loquantur/

quotidie

quotidie aliquot Virgilii carmina recitēt/ Stylum diligenter exerceant/ ſingulis ſeptimanis epiſtolas vel carmina cōficiant.

Quinta Claſſis.

Porrū eſto/ qui mediocre robur in latinis literis fecerunt ⁊ firmioribus ingenijs eſſe videbuntur/ita vt iam ⁊ latine ſcribere ⁊ congrue loqui poſſint/ Illis poterit præceptor rudimenta græcæ linguæ prælegere verū vt id fiat ſine latinæ linguæ diſpendio. Neque enim ferendi ſūt qui pueros græce ⁊ hebraice docere volunt priuſquam promouerint mediocriter in latinis.

Ludimagiſtris ſeruetur in ſingulis vrbibus ⁊ oppidis quod hactenus habuerunt. Etſi aliquibus minus liberaliter prouiſum ſit. hoc nobis a Superattendente ⁊ paſtorib⁹ loci/qui illic ſūt indicetur

volumus enim his ⁊ aliis qui iuuentuti præſunt/ honeſto prouiſum ſalario/ ⁊ ex noſtro addere vbi quid deeſt.

Exercitium ſcholarum.

MAne a ſexta ad octauam per totam ſcholam Grammatica diligenter exerceatur/ Primū quo ad Etymologiam deinde Sintaxim/ Poſtea proſodiam/iuxta capacitatem ſuæ cuiuſqꝫ claſſis. ⁊ id perpetuū eſto/ Quare ſemel abſoluta de nouo ſēper repetatur/ vt iuuentus in ea bene exercitata firmā Grāmatices rationem cōſequatur Peſſime enim conſulunt puerorum ſtudiis qui præceptiones vetant attingere/ aut rectius aliunde grāmaticam diſci putant.

AB octaua/ poſtremæ claſſes chorum frequentēt/ interim primarij in ſcholis examinētur/ Reuerſi a tēplo in ſcholis

ordine

ordine Catechiſmū ſimul media voce de-
narrent/ poſt domum capeſſant.

D Vodecima tota Muſicæ deputetur/ vt nō ſolum vſu canere verum etiam arte diſcant pueri/ nec vulgariter modo ſed et figuraliter vt vocant.

Sub prima/ per ſe quiſq; trium claſſiū ſeparatim exerceatur/ Secundarij in Eſopo/ Tertiarij in Terentio Quartarij in Virgilio.

A ſecunda/ iterum Poſtremæ claſſes chorum frequentent/ ⁊ interim rurſum examinentur Primarij.

Sub tertiam ⁊ quartā iterum claſſes ſeparētur ⁊ pro ſe quiſq; exerceatur.

Secundarij in pædalogia ⁊ morali ſententia/ quam mane reddant.

Tertiarij in breuioribus epiſtolis Ciceronis/ ⁊ duobus carminibus moralibus/ quæ mane reponātur.

Quartarij in officiis Ciceronis/ quib⁹

aliquot

aliquot verſus Virgiliani quos memoriæ cōmendēt ⁊ mane recitent/ aſſignentur.

Hac per ſecundam/ tertiam / quintā ⁊ ſextam ferias ita perpetuo obſeruētur/ præterquam quod a Simōis ⁊ Judæ vſque Purificatiōis ſub ſeptimam matutinam ludū/ ⁊ quartam veſpertinam domū capeſſere/ ⁊ a nona chorum frequentare poterunt/ pro arbitrio moderatorum.

Quarta feria mane fiat repetitio oīm lectionū ⁊ exercitiū diligentiſſimū / Inde detur eis qui ad hec apti ſūt materia vel carminis vel epiſtolæ faciendæ/ quam ſuo tempore oſtendāt/ ⁊ a cantu qui fit in templo hora octaua dimittantur/ ⁊ nō reuertantur eodem die neqꝫ in ſcholam neqꝫ in templum Quia.

Quod caret alterna requie/ durabile nō eſt/ Sed quia ſtudia puerilia ita erunt fortunata ſi cū pietate coniuncta fuerint/ Quemadmodū Chriſtus inquit. Primū quærite regnū dei ⁊c ⁊ præcepit deus deu-

tero: &: vt liberos doceamus religionem. Itaqꝫ in tractationem ſacrorũ / ſingulis ſeptimanis dies ſabbatinus cõferatur ⁊ in cõmuni õnes ad timorẽ dei / ad fidẽ / poſtremo ad bonos mores inuitentur.

Quapropter in primis catechiſmus ſimplici quadam ratione ex ordine omnibus exponetur. Prouectioribus vero aliquid ex nouo teſtamento vt Matheus aut aliquot faciles ſeu Pauli epiſtolæ / ſeu Pſalmi Dauidici / ſeu prouerbia Salomonis pro iuuenum captu / ſed ſimpliciſſime prælegentur / vt religionem quam puriſſime addiſcãt / atqꝫ a ſimulatione pietatis diſcernere aſſueſcãt / Et vt cura acuatur diſcendorum ſacrorum / in pueris / nõ ſuffecerit illis multa prælegiſſe ſed hæc ipſa cogẽtur ediſcere / Primarij nudam Catechiſmi recitationem / Alij ſimplicem eius interpretationem / Quartarij vero lectiſſimos Pſalmos ⁊ certos aliquot ſcripturæ locos / quæ ne e memoria excidãt

exiget tanquã penſum diei ſabbatini præceptor/ vt recenſeantur ordine memoriter. Poſt/ veſpertinas preces ingrediantur Ab his finitis domum ablegentur. Itidẽ in vigilijs feriarum obſeruentur omnia.

Per hæc vero quæ ſtatuimus in oppidis de duobus aut tribus ſcholarum præceptoribus/ non volumus vt meliores ſcholæ in quibuſdam ciuitatibus maioribus vbi hacten⁹ habuerĩt quinqꝫ aut ſex præceptores/ ſint abrogatæ/ Quæ enim eſſet talis ordinatio? ſed illæ ipſæ per Superattendentem loci/ præpoſitum/ prædicatores et conſules rurſum inſtaurentur. Et plura ſint ibi doctrinæ puerilis exercitia ⁊ plures claſſes. vbi autem plures hactenus fuerant ſcholæ/ ſit vna/ cæteris ſubmotis/ Hanc inſtaurationem illi referent ad nos vt confirmemus ⁊ addamus ſalaria/ ſi nõ ſatis ibi poteſt curari pro præceptoribus.

Ad has ſcholas poterunt vicini pagi atqꝫ oppidula/

oppidula mittere ſuos pueros/cū aliquā⸗tulum in oppidulis ſuis in literarū cogni⸗tione apud parentes profecerint. Item volumus vt in noſtris Principatibus Holſatia ꝛ cæteris præter vulgares ſcho⸗las aliarū ciuitatū ꝛ oppidorū erigantur in duobus oportunis locis/duæ meliores puerorum ſcholæ/cum ſex aut ſeptem præ⸗ceptoribus/ ad formā ſcholæ hamburgen⸗ſis/ hoc vt fiat nos curabimus ꝛ confir⸗mabimus.

PRæterea debent ludimagiſtri indolem diſcipulorum ſuorum diligenter obſeruare/ ꝛ a duodecimo ſéper anno puerorū parentibus bona fide/ in⸗dicare eos/qui ſtudiis ſuis nihil aſſecuturi videntur/ vt in tempore honeſtis artibus applicentur. Quos vero ingenio valere deprehenderint/ ad decimum ſextū vſque ætatis annū in ludo detineant. Ab eo autem anno accuratiſſime diſpiciant qui ea quæ cæperūt ſuis ſtudiis/foeliciter aliis

 cōmunicaturi

cõmunicaturi ſint/ ꝛ qui id nõ incõmode facturi videntur domino offerantur/ et priuatis vel publicis ſtipendiis/ad publica ſtudia ablegentur/ Qui vero id minus cõmode facturi ſunt/ a ludis recipiantur ꝛ honeſtis vitæ ciuilis functionibꝰ accõmodentur.

Vulgares ſcholæ/ quas vocant/ pro pueris/ puellis ꝛ aliis/ latinis literis ineptis/ magiſtratui curæ ſunto/ Tantũ vt elementa pietatis/ ſimul talibus pueris inſtillentur/ quorum intereſt reſpiciant.

Priuilegia.

UT verbo ſalutis ꝛ virtuti ſuꝰ honor habeatur/ quemadmodum a præceſſoribꝰ noſtris accæpimus ꝛ vbiq; a Chriſtianis principibꝰ ſeruatur/ volumus vt prædicatores ꝛ reliqui eccleſiarum ꝛ ſcholarum miniſtri cum ſcholaſticis ꝛ ſtudentibus conſueta hactenus obtineant

obtineāt priuilegia ⁊ im̄unitates/ vt ſint liberi a cōmunibus exactionibus ⁊ grauaminibus. Satis enim oneris alioqui ſuſtinebunt/ ſi ſuis officiis/ quæ publica ſunt/ reſponderint.

De ſuſtentatione ⁊ prouiſione miniſtrorum verbi ⁊ pauperum.

Vrbanæ parochiæ ſingulæ duos ad minus prædicatores habebūt/ In magna tamen frequentia vbi tantum vna eſt parochia pluribus opus eſt/ vt exempli gratia Malmogiæ quatuor vt minimum requiruntur prædicatores/ licet vna ſit parochia.

Rurales parochiæ ſingulis parochis contentæ ſint/ ſi alere poſſint/ Sin minus addatur vna atque altera vicinior/ plures tamen tribus ſine euidenti neceſſitate nemo ſibi vendicet/ ſed de hoc ante dictū eſt.

Ad ſuſtentationē ruralium parochorum ſoliti hactenus dependi reditus ſeruētur Quod genus ſunt decimæ frugum/vitulorum/pullorum equinorum/agnorum/hædorum/porcorum/piſcium/penſiones panum/Butyri/Caſei/Anſerū/examinū apum/ & ſimilium pro ratione loci/habitationes domorum/& poſſeſſiones agrorū iuxta leges & libros eccleſiarū ipſis adſignatas/Oblatiōes in trib⁹ maioribus feſtis Chriſti dandas in principio Miſſæ ante Euangeliū. Item pro ſponſalibus detur prædicatoribus pecunia vt hactenus conſuetum eſt.

Ad hæc duo ædiles conſtituantur in ſingulis parochiis/ quibus eccleſiaſtici reddituus ratio conſtet/ qui cum præpoſito patroni parochorum ſint/ eorum cauſas tueantur/ & quas in placito cōmode tueri non poſſūt ad magiſtratum referant. Et vt debiti reddit⁹ parochiis rite numerētur/ efficiant

efficiant/ Et ſi quid alicubi hoc tempore colonorum/agrorum/pratorum/lignorũ/ piſcinarum/ & ſimilium/ parochis adem- ptum ſit/mandamus & præcipimus præ- fectis noſtris vt reſtitui curent. Euange- lium enim nemini ſua aufert/ omnia om- nibus tuetur/ tanto minus ſua ſibi im- putata beneficia diripienda erunt.

Tantum Regi dent ſingulis annis quæ olim ordinarie Epiſcopis dabant/ Si qui hoc non poſſint aut alioqui pro honeſto victu non ſatis habeant/ hoc nobis indi- cetur per Superattendentẽ & præpoſitũ & loci præfectum. Exactiones autem nouæ & grauamina alia quibus poſtea per Epi- ſcopos grauati fuerũt iam omnia ſint ab- loita. Non enim grauare cupimus paſto- res ſed/ vt pium eſt/ fouere.

Porro parochi rurales eccleſiaſticas functi- ones obſeruent/ ab oneribus & ab exacti-

onibus

oneribus quibuſlibet immunes ſint/ nec vllos mercatus niſi rerum domi ſuæ pro⸗uenientium/ multo minus cauponariam exerceant. Et ſemper decenti veſte/ quæ verbi miniſtrū deceat/tecti incedant/ Hæc etiam volumus pertinere ad Superatten⸗dentes ⁊ prædicatores ciuitatum/ alioſq; Eccleſiarum ⁊ Scholarum miniſtros.

Præterea parochias rurales nemo ſibi nō legitime vocatus vendicet/ Nec vlli in eis mercenarii tolerādi ſunt/ quod vix bona conſcientia officiū agere nedum in tenta⸗tione perſiſtere queant/ Nam inuaſores illi parochiarum/vt eas non ad hoc quod inſtitutæ ſunt/ venantur/ ſic fere eis quo⸗q; ineptiſſimos præficiunt/ atq; ita quan⸗tum in ipſis eſt omnem pietatem/ ſpecie pietatis opprimunt/ ⁊ ſæpe lupos pro paſtorib⁹/ miſeris parochianis præficiūt. Ad quod accedit quod in nulla eccleſiaſtica functione conſtituti/ prorſus prophani ſūt ⁊ ad officia hactenus inepti/ ne dicam quod ſacrilegi ſimoniaci ſint.

Hie

Hic tamen volumus vt canonicis pa-rochia/quæ ab initio canonicatui adnexa erat/permaneat/cum altera quæ ex gratia ipſis ceſſit/ dummodo miniſter legitime officium ſuū peragat/ & pari reliquorum iure Superattendenti ſubſit.

NObiles/ quia in puram Euāgelij prædicationem cū aliis cō enſerūt Sicubi ius conferendarum parochiarum habuerint/ vocatū ad ſe parochū quem Eccleſia poſtulat/ ad præpoſitum loci amādent/ vt fiant erga eū omnia quæ ante de electione et confirmatione miniſtri dicta ſūt/ne indocti paſtores conſtituantur in perniciem animarū/ quas Chriſtus ſuo illo precioſo ſanguine adſeruit/ aut boni paſtores grauentur &c

POſtquam nobiles petierūt ſe liberari a decimis quas ſuis paſtoribus vt curam animarum gerentibus/

L. debent

debent/iam nõ poſſint cogi ad eas ſoluen-
das/ Admonemus eos/ vt velĩt meminiſſe
ſe eſſe Chriſtianos/ & dare ſua ſpõte Chriſti
miniſtris/ hoc eſt/ Eius prædicatoribus/
quicquid viſũ fuerit/ ne condemnatio ve-
niat ſuper eos/ de qua Chriſtus loquitur
ad prædicatores. Qui vos ſpernit/ me
ſpernit. Et qui me ſpernit/ ſpernit eum
qui miſit me. Et Sodomæ erit remiſſius
in extremo die/ quã talibꝰ cõtemptoribus.

PArochiæ rurales vrbibus propiores/
e ſcholis earũ vrbium ſuos ſibi cu-
ſtodes habeant/ et ſolitos illis redditus in
ſubſidium ſuorum ſtudiorũ ſuppeditent.
Sed Catechiſmũ cuſtodes doceãt pueros
ruſticorum/ ſemel in ſeptimana/ in loco &
hora/ a paſtore præſcripta/ Nam omnes
cuſtodes rurales poſthac ad eũ modum
debent docere Catechiſmũ/ Cui rei ſi non
ſunt apti/ cuſtodes eſſe nõ poſſunt.

Ad ſuſtentationem vrbanorũ miniſtrorũ
bona

bona quæ hactenus parochiis adiecta fuere et veteri iure ad eas ſpectãt/ cedant. Quod ſi his ſatis proſpectũ parochis nõ erit/ nos addemus eis quod ſatis eſt/ ex aliis eccleſiaſticis bonis/ vbi fuerimus a ſuperattendente et præfecto admoniti/ ⁊ ea de re certiores facti.

DVo ædiles ſeu diaconi eligantur in ciuitatibus ⁊ oppidis/qui oĩm reddituũ eccleſiaſticorum regiſtra habeant/ ipſos redditus tollãt/ad quodq; quartale anni/ vel quãdo commode fieri poſſunt ſecundum conſilium ſuperattendentis/ miniſtris deſponſaturi/ reddentq; rationem publice (magiſtratu præſente) quotannis de his omnibus.

Porro relictæ ruralium parochorum viduæ a morte ipſorum/ad integrũ annũ in ipſis parochiis cum ſuis liberis dum commode prouideantur ſuſtententur/ ⁊ ſemel a morte viri ſementem hibernam/

vel æſtiuam faciant/ ⁊ dimidiū decimarū tollant.

Proinde ſi ſemente hiberna facta/ obierit parochus vt a Martini feſto/ poterunt ſemente hiberna collecta/ etiam mediam æſtiuam facere/ cū dimidia parte decimarum ſequentis anni/ ⁊ ad proximas vſqꝫ penſiones parochum paſcant.

Quod ſi ſemēte æſtiua facta moriatur/ aut inter Philippum Iacobum et Bartolomeū poſſunt quæ ſeminauerint metere/ dimidium decimarum tollere/ ⁊ hibernam ſementem mediam facere.

Quodi ſi inter Bartolomeū ⁊ Martinum diſceſſerit/ integras decimas preſentis anni habeant/ ⁊ ſementē hibernam faciant ſolam/ ⁊ vſqꝫ ad proximas penſiones parochum paſcant. Anno autē peracto a parochia/ ſi ita vrſerit parochꝰ/ cedant. Quod ſi id graue ſucceſſori videtur/ meminerit ſe in ſua relicta recepturū

quicquid

quicquid ſibi hic diſceſſerit.

RElictæ viduæ vrbanorũ miniſtrorũ verbi/ ſuæ cõmunicati curæ ſint/ ⁊ pro earum conditione ipſis iubemus vt prouideatur/ idque magiſtratui noſtro in eis vrbibus/ ciuitatib⁹ ſiue oppidis ſingulariter cõmiſſum volumus. Quare volumus vt eiuſmodi viduis proſpectum efficiant in primis de libera habitatione/ Et ſi neceſſitas poſcat/ aliquid ex ærario pauperũ/ aut certe dimidium annui redditus miniſtri defuncti/ quos habiturus fuiſſet/ eo ipſo anno/ eis diſpenſetur. Videat Superattendens cũ præfecto in viſitatione num hoc fiat.

AD pauperum ſubuentionem omnes ſoliti redditus/ quos hactenus habuerunt/ reſeruentur/ ⁊ quicquid eſt ſpõtanearum oblationum/ quæ vel in feſtis colliguntur aut alias/in hoc conferantur.

AD hoc duo diaconi aut plures (vt viſum fuerit magiſtratui) pruden-tes ⁊ pii conſtituantur/ qui bona illa ſubleuent/ in feſtis circumeundo colli-gant/ ⁊ ipſis pauperibus pro ſua cuiuſq; neceſſitate/ fideliter ⁊ large diſpenſent/ ⁊ quotannis publice omniũ acceptorum et expenſorum rationem/in præſentia mini-ſtrorum verbi ⁊ magiſtratus reddant.

PArochi in genere omnes/aut con-tinenter viuant/ quibus id datũ eſt/ aut ducant vxores. Quod ſi diuerſũ fecerint/ ſemel atq; iterũ admone-antur/ Si reſipiſcere noluerint/deſtituant ab officio/⁊ in locũ eorũ alii præficiantur.

De Hoſpitalibus.

PRimum omnium volumus/vt reſtituantur in liberum vſum pauperum/ villæ/agri/ piſcinæ/

Prata

Prata/molendinæ/Syluæ/ꝛ reliqua quæ antiquitus ſuſtentationi taliū hominum attributa fuiſſe inueniuntur Quod ſi alicubi iſta nō ſuffecerit Rex reliquū adiiciat/ Sciens Chriſti dictum/quod vni ex minimis meis feciſtis/ mihi feciſtis.

POrro bonis pauperū/præficiātur diaconi/ qui bona fide colligant redditus/et acceptorū æque atqꝫ expenſorum reddāt rationem/ in præſentia magiſtratus ꝛ miniſtrorum verbi.

OEconomus in hoſpitali ſit/ vitæ pietatiſque probatæ/ qui habeat ſub ſe/ ſeruos ꝛ ancillas pro pauperum multitudine/ ita vt fideliter/ et pro neceſſitate cuilibet inſeruiatur.

Hic cū vxore ꝛ liberis cœteriſqꝫ miniſtris ex publico ſuſtentetur/ita tamen/ vt ratio pauperum ineatur/ et ne ſuſtentatio

vertatur

vertatur in luxum. Liceat huic oeconomo habere currũ/quem pro more emittat mẽdicatũ/ in præfecturam loci/ vt ex eleemoſynis etiam pauperibus aliquid accedat. Huic parochi rurales ad quos peruenerit currus/ operam ſuam/ exhortando plebẽ ad officia charitatis/accõmodent.

EX conſilio parochi & magiſtratus colligere eos pauperes debent ædiles/ qui re vera egent/aut valetudine aduerſa laborant/ ne affectibus ſuis in deligendo potius quam neceſſitati inſeruiãt. Quos in hebdomada ſemel atq; iterũ viſitet locĩ paſtor/et ſicubi negligẽter curari pauperes inuenerit/ eo de re oeconomũ admoneat. Si ille audire noluerit/ rem ad ædiles referat/ verbo dei quoq; conſcientias conſoletur/ ad minus in hebdomada ſemel.

Populoſa hoſpitalia & ab vrbibus aliquantũ diſſita/ ſuos habeant & nutriant prædicatores/ ne ſi miniſtratione ſacramẽtorũ opus ſit

opus ſit in nocte/ aut conſolatione apud morituros/ aliquid detrimenti pauperes patiantur.

Opera danda etiam vt pro diuerſitate morborum/ diuerſa laborantibus habitacula/ lecti/ vaſa/ & quæ ad vſum pertinēt alia/ aſſignentur/ potiſſimū vbi contagio timetur/ ne conuictu morbꝰ a paucis vires ſuas ad multos extendat/ Morbi curabiles/ vt gallicus & ſimiles/ beneficio vrbanorū medicorum qui diligētem huic rei curam adhibeant & pro impenſa opera mercedem percipiant/ pellātur Ita vt nō ſolū ſuſtententur pauperes/ verum etiam beneficiū valetudinis illis reſtituatur/ quantum id fieri poteſt.

De Superintendentibus et Prepoſitis eorū adiutoribus.

Superintendētes reſtitutæ religionis conſerua-

conſeruatores in ſingulis diœceſibus ſinguli ſint/ & illi ipſi in quauis præfectura ſingulos habeant Præpoſitos / ſibi coadiutores.

PRæpoſitis/ ſi pro ſua cōditione nō ſatis habeant ex ſuis parochiis/ addemus liberaliter/ ne qui onera ferūt aliorum/ inopia cogantur laborare. Quādo vero viſitant Præpoſiti neceſſario aliquam eccleſiam/ det eis eccleſia marcam vnam et victū in hoſpicio.

De victu & ſalario ſuperattendentum.

SVperattēdens/ cū vxore honeſta et liberis/ poteſt habere duas ancillas/ pro neceſſitate rei domeſticæ/ Præterea his miniſtris carere non poteſt/videlicet Notario qui ſcribat/ ſeruo quem cū equo vel aliter amandet/ Auriga qui quatuor equos curet/ Et puero qui ſemper

ſemper adſit ad manũ/felix erit hæc dom⁹ ſi hic puer/ etiam literas diſcat/et ſerui ſacram ſcripturam/ vt inde poſtea boni paſtores aut Scholæ præſides peti poſſit.

Quia vero ſuperattendentes/ qui ver[e] ſũt eccleſiarum Epiſcopi vel Archi[e]epiſcopi/ iam nõ vocantur ad canonicale otium/ ſed ad ingentes labores/ id quod dei gratia agnoſcimus/ nempe vt tractent et doceant latine alios ſacram ſcripturam/ predicent populo/ nõ ſolum in ſua ciuitate ſed etiã in tota diæceſi/quocũqʒ acceſſerit/ verbum dei/ contineant noſtros ſubditos in pace ⁊ obedientia/ per prædicationem/ ex ſacra ſcriptura| de magiſtratu ⁊ obedi-entia/Curent vt õnes prædicatores ſyncere et concorditer doceant ſacrũ Euangelium Chriſti/ et quæ huic cohærent/ viuantque paſtores cũ honeſta ſua familia/quẽadmo dum paulus ad Timoth et Titũ ſcribit/ vt decet miniſtros Chriſti/⁊ vt tales ſub ſe

habeant in gloriam dei ⁊ ſalutem eccleſiæ Chriſti/ ante ordinationem eos diligenter examinent/ examinatoſq; et nomine Regis a Præfecto ſuſceptos ordinẽt ⁊ ſuæ cõmendent eccleſiæ in nomine domini.

Diuerſũ vero facientes nec ſua officia curantes admoneant/ arguant/ et aut emendent aut adhibito Præfecto/ præpoſito/⁊ alijs aliquot paſtorib⁹ officio deponant.

PRæterea omnes cauſas/ que ad conſcientias pertinent/ de quibus conſultum ex verbo dei quæritur/ cũ vel nos ad eos ſcribimus vel noſtri/ vel ex ſua diœceſi eis propoſitæ fuerint/ ſuſcipiant/⁊ reſpondeant quã poſſũt ex verbo dei diligentiſſime/ ſecundum gratiam ipſis datam/ aut conſulant alios Superattendentes/ vel doctiores prædicatores/ vt certo reſpondere poſſint.

Cauſas tamen matrimoniales/ ſed tũ ſolum cũ cõtentio partiũ oritur et ſentẽtia publica

publica requiritur/ aut quādo crimen publicū eſt/vel ſcandalum in populo timetur/ mittant ad noſtram audientiam vel ad noſtrum præfectū/ ⁊ in ciuitatibus ad ſenatum/ Alioqui pro cōſcientijs in hac re vt in alijs iudicēt ex verbo dei/et ſana dēt ex ipſo verbo conſilia.

AB omnibus vero iudicijs ciuilibus/ abſtineāt niſi vocati a nobis ⁊ rogati a noſtris conſiliarijs ⁊ Præfectis fuerint ad ea quæ iporum iuramento ⁊ officio nō repugnant.

Poſtremo ſcholas puerorū in ſingulis ciuitatibus ⁊ oppidis viſitent cum ad ea loca peruenerint/ curentq; cum præfecto noſtro vt omnia iſtic recte gerantur/ nec omittant ſciſcitari/ quemadmodum pro pauperibus curetur ⁊c.

VIrum ſi vnus vir ad hæc omnia ſufficiat/ vt certe non libeat ei alia

curare/ Ad hec quis idoneus? vt Pauli verbo vtamur.

QVia igitur ad hoſce immenſis labores et eccleſiarum curas vocantur/ nec volum⁹ vt aliquo pro his officiis vel minimum quid exigant/ ſed gratis per hæc prædicta ſua officia ſeruiāt omnibus/ excepto victu/ quem Superattendens cum ſuo comitatu ⁊ quatuor equis accipere debet/ a parochis ruralib⁹/ Et in ciuitatibus ab eccleſiarum parochialium tutorib⁹ ſiue prouiſoribus/ quando eſt in itinere/ vt viſitet eccleſias ſemel in anno/ aut quando alias propter neceſſarias cauſas vocatur ab aliqua eccleſia/ aut alioqui neceſſitas poſtulat eo abire. Promittimus quemadmodū coram deo agnoſcimus/ hoc nos debere/ quod ipſorum protectores erimus/ cum noſtris præfectis. Noſque non ignorantes verbum Chriſti.

Dignus eſt operarius mercede ſua et

ſua. et. Si non ſuſceperint vos/exeuntes de ciuitate illa/ excutite in eos puluerem pedum veſtrorũ ꝛc / ⁊ verbũ Pauli/Preſbyteri duplici honore digni ſunt maxime qui laborant in verbo/volumus conſtitu/ere ſingulis ſuperattendentibus honeſtũ victum ⁊ ſalarium/ pro ipſis et prædicta ipſorum familia/ ordinareq; vnde certo quotannis hæc accipiant.

Et hæc omnia ſeorſum literis noſtris et ſigillo eis confirmare/ne quid eis deſit. Et ſi poſtea certo deprehenderim⁹ hæc non eſſe ſatis/ addemus quod deeſt/ vt nobis ⁊ noſtris regnis adſit deus ſi religionem ⁊ pacem curauerimus/ quod vt faciamus præſtet ipſe per filium ſuũ dominum noſtrum Jeſum Chriſtũ Amen.

Aſſignamus itaq; ⁊ damus ſingulis Superattendentib⁹ in ſingulos annos/ duas laſtas (vt vocãt) ſiliginis/quatuor laſtas

laſtas braſii / duas laſtas auenæ/ quinquaginta plauſtra fæni/ viginti plauſtra ſtraminis/ quadraginta agnos/ ꝛ centū florenos in auro. Quia vero Daffniæ carius omnia emūtur/ ꝛ vniuerſalis Schola efficiet vt ibi maiori ſumptu opus ſit/ addimus Superintendenti illic habitanti ſalarium tertiæ lecturæ theologicæ quod minus eſt aliis ſalariis theologorum/ vt legat diligenter ſacram ſcripturam publice in Schola/ quando domi adeſt ꝛ non cogitur alio abire per viſitationē Eccleſiaꝝ.

QVando vero chriſtianorum eſt pro pauperibus curare/ dignū iudicam⁹ vt pro viduis ꝛ pupullis Superattendētum et aliorum eccleſiæ miniſtrorū/ cum tempus poſtulauerit/ ſoliciti ſimus.

Alia de Superattēdente et ꝑpoſitis et paupeꝝ ærario.

Superatten

Superattendens loci/omnium ſcholarum quantum ad doctrinam pietatis ⁊ ſtudia puerilia attinet rationem habeat/ et a ſe probatū Ludimagiſtrum cum parocho loci ⁊ ſūmis conſulibus cōſtituat

Ludimagiſter vero reliquos ſub ſe miniſtros ſcholæ ſibi curet/ ⁊ cū parochi iuditio et approbatione ſuſcipiat.

Superintendens loci ſemel ab initio omnes ſuas parochias cū publica noſtra autoritate ⁊ adiūcto nrō præfecto viſitet/ rationē omniū parochiarū ineat/ bona earum cū omnibus ſuis beneficijs conſcribat/ conſcripta in certa regiſtra referat/ Quorū vnum ſibi ſeruet/ reliquū apud nos per noſtrum præfectum deponat/ vt ſemper ſit/ vnde de ſufficienti miniſtrorū Eccleſiæ ſuſtentatione/ inquiri queat/nec poſthac cuilibet temerario/depredandarum eccleſiarū occaſio pateat.

IN primis vero ⁊ ante omnia in hac prima viſitatione/ Superattendens exacte legat ⁊ norit quæin hac noſtra ordi-natione conſtituta ſunt/ ⁊ curet cum ad-iuncto noſtro præfecto vt bonos paſtores habeant ſingulæ parochiæ/ Et in ciuita-tibus ⁊ oppidis cum prædicatoribus ⁊ conſulibus/ inſtituat puerorum ſcholas/ curetq; pro eis præceptores/ Hocq; no-ſtris ſubditis illic mandet noſtro nomine noſter præfectus.

VOlumus vero maxime vt Super-attendens cum præfecto noſtro dili-genter quantũ opus ſit ad honeſtũ victum ⁊ ſalariũ/vnicuiq; parocho/ prædicatori/ miniſtro eccleſiæ/ Scholæ rectori/ ⁊ pæ-dagogis nobis ſcribat/ vt in perpetuum confirmemus. Et ſi eccleſiæ non ſatis ad hæc habent/nos addemus quod deeſt. Ali-oqui videmus religionẽ noſtris non poſſe durare ⁊ conſeruari.

Speramus qnod deus ſua mi-

ſericordia

ſericordia ad hæc nos cōfortabit Amen.

PRo Ludi magiſtro ꝛ eius adiutoribus debet præfectus noſter cum Superintendente in ſingulis oppidis ꝛ ciuitatibus ordinare ꝛ conſtituere certa ꝛ ſufficientia ſtipendia ex beneficiis Eccleſiaſticis quando moriuntur illi qui ea poſſident/ Et conſtituatur vnū certum beneficium perpetuū pro perſona ludi Magiſtri/ quod habeat ipſe quamdiu fuerit in Scholæ officio.

HIc admonemus etiā Superattendētes vt velint meminiſſe quid Apoſtoli rogarint ꝛ monuerint Paulum ꝛ Barnabā quemadmodum paulus ipſe ait/ Gala:2. Tantum inquit/ vt pauperum memores eſſemus/ in quo ꝛ diligens fui vt hoc ipſū facerem. Igitur quiſq; in ſua diœceſi cum præfecto noſtro/ cum præpoſito/ prædi-

catoribus ⁊ ſenatoribus/ in ſingulis ciui-
tatibus erigat ærarium publicū pro pau-
peribus/in quod ingerantur eleemoſynæ
Piorū/teſtamenta ⁊ alia pia donata Item
Calēdæ/fraternitates et quas gildas vocāt
memoriæ/cōſolationes ⁊c̄ quando defūcti
fuerint qui nunc inde viuunt Item ad
ærariū Pauperū pro ſuſtentatione pauper͂
volumus vt per Superattendentem/
Præfectū et alios qui nomine noſtro adfu-
erint cū vrbium ſenatorib⁹ ordinētur ōnes
vicariæ/ quæ hæredes nō habent defūctis
iis qui nūc eas poſſident/ſecundū ſigillatas
literas noſtras Exceptis illis quas nos
ordinabimus pro vniuerſitate haffnienſi
aut alias pro Eccleſiis et puerorū Scholis
ſine verorū pauperum incōmodo.

PRædicatores autē debēt admonere
populum vt quæ antea miſſis/
Monachis/ pro animabus/ pro
Indulgentiis/ pro peregrinationibus et
aliis erroribus et dei blaſphemiis/ bono
quidem

quidem ſed erranti affectu dabant/ nunc dent deo ꝛ domino noſtro Jeſu Chꝛiſto in pauperibus.

Et hoc poſſūt prædicatores ſine nota auaritie/ quando nō pꝛo ſe/ ſed pro pauperibus (quibus cærte Chꝛiſtiani debent) ſoliciti ſunt.

Conſtituat vero ſuperattendens cum præfecto noſtro/cum præpoſito/cū pꝛeſbyteris ciuitatis ꝛ ſenatoꝛibus/ induſtrios ꝛ verbi dei amantes viros/vt ſcribitur :acto: σ : ꝛ i Timoth : ȝ : qui ſint pꝛæfecti ærarij ꝛ pauperū diaconi/ qui non negligāt officium/ ꝛ norint/ vbi/ quid/ cui dare debeant/ ꝛ ſubinde/ quando neceſſarium videtur/vtantur concilio prædicatorum.

HJ diaconi pauperum ſingulis annis poſſunt mutari ſed non omnes/ vt maneat vnus ꝛ alter/ qui per experientiā iam didicerunt hāc curam gerere pauperū.

Rationē autem reddant ſingulis annis ſtato tempore præpoſito/ prædicatoribus ꝛ conſulibus. Hoc erit placitū opus deo.

PRæpoſiti vero cognitionem patriæ legis habeāt/ quotānis ſingulas parochias viſitent/ adhibito in ciuitate magiſtratu qui illic eſt/ Et poſt factū computum ecclesiarum/ in primis quam pure parochi Euangeliū prædicent/ Catechiſmū enarrent/ Sacramenta adminiſtrent/ debita munera exequantur/ vita functionē ornent/ ac num commode eis prouiſum ſit/ explorent.

DEinde quoque parochiāos obſeruēt/ vt ſciant quantum in profeſſa pietate promoueāt/ qualiter ad deſertam Papæ abominatiōem ſe habeāt/ doctrinæ Euāgelicæ faueant/ fructus eius vita referant/ Cœmiteria et templa obſeruent/ ac ſolita debita queādmodū parochis pendantur inquirant.

Et ſi

ET ſi quid alicubi in parochiis deſyderari offendant/ diligenter eos officij admoneant/ nõ reſipiſcentes ad ſuperintendentem loci referant/ ille quos ad officiũ reducere nõ poteſt ad magiſtratũ remittat ſiue loci Præfectũ Jtidem parochiani de non ſeruata ordinatione/ quãdo non datur parochis quod debetur/ a præpoſitis admoniti/ niſi ad mentẽ redeuntes/ quod æquitas requirit præſtent ad magiſtratũ deferantur/ ſiue ad loci præfectum.

Parochi ad præpoſitos ſuos defectus referant/ qui vt omnia cõmode per ſuperattendentẽ loci cõponantur/ efficiãt/ ne per cõtentiones parochorum male verbum audiat.

QVod ſicubi parochi deſyderari cœperint/huc quam primum præpoſiti ſe conferant/ magiſtratum ⁊ populum ad intercedendũ apud dominũ deũ pro bono

conſequendo

conſequendo parocho exhortentur Et poſt ea ædiles templi quorum intereſt moreant vt apud Epiſcopum et conſules de eo conſequendo inſtent.

Superintendentes in ſuis locis vbi habitant/ ſacram ſcripturam interpretētur et prædicent quandoque/ Viſitent vero ſemel tantum ſingulis annis/ commodo tempore/ ſuam diæceſim/ cum noſtro præfecto/ niſi incidens aliqua neceſſitas requirat vt ſæpius viſitetur/ Ibi ſuspecti de doctrina examinentur/ integri confirmentur/ et ſi quid cōtrariæ doctrinæ subortū fuerit emēdetur verbo dei. Diligēter vero Superintendens cum præfecto noſtro inveſtiget de ſalarijs prædicatorū et Scholarū/ de hoſpitalibus et ærario pauperū/ et curent ne quid in his deſit.

Superintendens ſi inuentus fuerit nō ſatis ſyncera fide officium ſuum agere/ muneribus parochorum corrumpi/ aut alioqui

alioqui non ea qua decet vigilantia com-
miſſum munus exequi/ Aut ſi (quod ab-
ſit) in crimen aut hæreſim lapſus fuerit/
corã Rege accuſetur/ & audiatur eius defen
ſio præſentibus duobus aut tribus aliis
Superattendentibus/ ſecũdum illud pau
li j. Timoth 5. Aduerſus presbyterum/
niſi ſub duobus aut tribus teſtibus accu-
ſationem ne admiſeris. Cauebimus diligẽ
ter ne bonus vir contumelia aliqua afficia-
tur/ aut ei fiat iniuria ſi accuſatus eſt ſine
culpa/ Si vero de errore aut crimine non
reſipiſcit vt emendari poſſit/ ab officio de-
ponatur. Debent enĩ Superintendẽtes pro
more epiſcoporum ſine crimine eſſe/ nõ ſolum
cũ eliguntur/ verum etiam electi cauere ne
obnoxij crimini luxus/ auaritiæ aut ambi
tionis notentur. In notatos et publice
conuictos/ nec poſt vnam et alteram ad-
monitionem reſipiſcentes vbi depoſiti fue-
rint/ ius ſuum regia maieſtas/ pro ratione
aliorum/ habebit/ Sicut et magiſtratus in

 alios

alios miniſtros eccleſiarum et Scholarū/ vbi pro crimine depoſiti fuerūt/ aut deprehenſi in crimine capitali/quod deus a ſuis miniſtris auertitat.

VBi opus fuerit aliquo Superintendente/conueniant omnes paſtores illius diœceſis ex ciuitatibus ſolum/ita tamen vt relinquant qui curent interim verbum & ſacramenta. Conueniāt inquam in locum habitationis ſuperattendentis xx. die poſtquam ille defūctus eſt/et dent cōcorditer poteſtatem quatuor paſtoribus eligendi aliquem quem dignum vita et doctrina iudicauerint Et hi quatuor præſentēt eum viciniori ſuperattendenti/ſi non ſtatim tamen cum licet/ vt illic examinetur. Is ſi probatum iudicauerit/ mittat eum ad Sereniſſ: regem confirmandum. Rex vero/ſi ſuſceperit eū/ commendet eum diœceſi per ſuos cōmiſſarios et præfectum illius loci/ & mandet omnibus

omnibus paſtoribus vt eum ſuperatten‑
dentem agnoſcant/ ⁊ obediant in iis quæ
ſuperattendenti ſunt commiſſa. Jurabit
vero ſuperattendens/regi fidelitatem ⁊ ſui
officii et regiminis eccleſiaſtici diligentiā /
ſecundum gratiam dei. Jdeo ſub ſe habe‑
at Superattendens omnes præpoſitos/
parochos ⁊ prædicatores. Et hi obediant
Superattendenti/niſi duxerint eum accu‑
ſandum coram rege(quod abſit) de crimi‑
ne aut doctrina mala/ aut negligentia offi
cii/de quibus vel non poteſt vel non vult
emendari/ Nam hic non eſt preſbyteris
tacendum aut reliquis ſuperattendētibus/
ſi rem ſciuerint. Et locorum præfecti/de‑
bent nobis indicare/ vbi talis infamia ⁊
clamor in diœceſi contra ſuperattendētem
ſurrexerit. Vt autē præfecti noſtri aut alij
nulla publica infamia notatos/coram no‑
bis ⁊ aliis infament non eis permittimus
Quin ſi opus fuerit vt tueantur eos/mā‑
damus.

SVſceptus vero a diœceſi Superattendens ordinetur publice in ciuitate ſuæ habitationis dominico aut feſto aliquo die/ pro concione ⁊ ante altare per præpoſitos/ ⁊ quinq; aut ſex viciniores prædicatores.

Vnus autem ex aliis ſuperattendentibus vicinior ſit ordinator ſecundum modum qui poſt ſcribetur.

De præfectis

PRæfectis noſtris ⁊ conſulib⁹ in ciuitatib⁹ mādam⁹/ vt ordinationē noſtrā/ miniſtros eccleſiarū ⁊ ſcholarū tueātur/ cum a ſuperattendente vel præpoſito requiſiti ad hoc fuerint/ cum non datur eis quod debetur aut iniquorum præmuntur iniuria. Cur enim noſtri præfecti ⁊ conſules non præſtarent dei miniſtris quod præſtare debent vel infimo ruſtico/ niſi offen-

dera

dere velint deum & nos?

De libris ruraliũ parochorum certis & quibus carere cõmode vix poſſunt.

CVm innumeri hodie mali libri prodeãt/ quibus non ſolum imperiti/ verum etiam iudicio ſepe præditi inficiuntur/ oportet bonos parochos/ libris tantum approbatis vti/ ne ſub ſpecie veritatis ipſos etiam errores magna ſuorum pernitie imbibant.

ANte omnia ergo ſacra Biblia habeãt ipſum fontem ſynceræ pietatis.

Deinde Poſtillas Lutheri/ quibus ratio tractandorum euangeliorum traditur.

Tertio apologiam Philippi/ qua certa

doctrina pietatis defenditur/ et cur quid ſic credendum ꝛ docendum ſit oſtenditur.

Quarto locos cõmunes eiuſdem quibus neceſſarii ſcripturæ loci methodice explicantur.

Poſtremo librum aliquem explicati catechiſmi/ cum minore catechiſmo lutheri/ vt ſciant qui iuuentutem in elementis pietatis rite informent.

Vltimo librum informationis viſitatorũ Saxoniæ/ ꝛ librum huius noſtræ ordinationis/ vt ſciant quibus in rebus potiſſimũ ſe eſſe inſtructos oporteat.

Nulli vero libri ſiue Danicæ ſiue latine aut germanice ſcripti/item trãſlati in danicam linguam aut aliam/ itẽqꝫ alibi excuſi/ maxime ſi theologica tractãt aut ad politica ſiue oeconomica pertinẽt/ non excudantur in regnis noſtris a typographis/ niſi prius ab vniuerſitate noſtra

ꝫ deinde

⁊ deinde a ſingulis ſuperintendentibus regni Daniæ publico teſtimonio probati.

De domibus Superintendentū ⁊ illorum qui in ciuitatibus ⁊ oppidis ſunt p̄dicatorum ⁊ aliorū Schole ⁊ Eccleſiæ miniſtrorum.

CVratores Eccleſiaꝝ in ciuitatib⁹ ⁊ oppidis/ pro ſuis prædicatoribus ſiue paſtoribus ⁊ aliis Eccleſiæ ſiue parochiæ ſuæ miniſtris curent cōmodas ⁊ honeſtas habitationes/ eaſq; reſartiant ⁊ ædificent Eccleſiæ ſumptu quicquid deeſt/ ad rei domeſticæ ⁊ ſtudii neceſſitatem

neceſſitatē. Similiter ⁊ Scholā ⁊ Scholæ miniſtroꝝ habitationes. Quod ſi plures parochiæ ſunt in vna ciuitate/omnes curatores parochiarum Scholam ⁊ eius habitationes ædificent/reſartiātq; ⁊c. ita tamen vt habita ratione Eccleſiarum/ illa Eccleſia in hac re plus faciat quæ ditior eſt/iuditio præfecti noſtri/Superattendētis/ præpoſiti ⁊ ſenatus. Valde iniquū nunc eſſet/ ſi prædicatores in ciuitatibus cogerentur ſuo ſumptu ædificare ex ſuo ſalario/ quando poſſunt officio deponi/ ⁊ ipſæ domus ſunt Eccleſiæ/ vnde nihil accedit ipſorum viduis ⁊ pupillis vbi decedunt. Superattendenti vero curatores Eccleſiæ ſiue Eccleſiarum ſi plures ibi parochiæ ſunt/ in ciuitate vbi ipſe habitare debet/ curent ac ſartiant honeſtam domū ⁊ commodam pro re familiari/pro ſtudiis eius/cum habitaculis ⁊ cubiculis miniſtrorum eius ⁊ cum ſtabulis. Neq; hoc graue ipſis videatur. quod publicum totius diæceſis miniſtrum ipſi ſoli hoc hoſpitio

dignantur

dignantur. Nam egregia cõmoda pre cæteris ex eo habent/quia audiunt eius lectiones ſacras ⁊ conciones/et tamẽ non dant ei ſtipendium/Accedere ⁊ conſulere eũ licet ipſis quoties volũt ſine ſumptu/præterea cum ab aliis Eccleſiis quocũq; venerit per totam diœceſim accipiat cibum ⁊ potũ ⁊ reliqua hoſpicii beneficia pro ſe ſeruiſq; ſuis ⁊ equis/ab hac Eccleſia ⁊ hiſce ſuis ciuibus nihil accipit/ſed potiꝰ omnia apud eos conſumit quæ victui ipſius ſunt deputata/ Optandum ergo eis fuerit ⁊ loco beneficii habendum/ quod pro eo honeſte ædificent/ tantũ abeſt vt hoc ſit eis graue.

De Norwegia.

IN Norwegia/ curabimus quam primum vt ſint Superattendẽtes in ſingulis diœceſibus. Illis mandabimus/ vt quam poſſint rectiſſime interim curent

 vt ſingulæ

vt ſingulæ parochiæ bonos prædicatores & verbum dei habeant/ nihilq; negligatur quod ad verbum prædicandum & ſalutem hominum attinet/ & diſponant de aliis quæ ſunt in hac noſtra ordinatione/ quæ poſſunt/ Donec nos in Norwegiã veniamus/ id quod breui futurum per Chriſtũ ſperamus. Tunc conſilio illorum Superintendentum/ ſeorſum illic ordinabimus & confirmabimus ea omnia quæ ex hac ordinatiõe illic ſeruari non poſſũt. Multa enim ibi aliam requirunt ordinationẽ.

De Emeritis miniſtris Ecclesiarum et Scholarum.

QMerito alicui prædicatori/miniſtro Eccleſiæ aut Scholæ puerorum/ id eſt qui in ſuo officio doctus diu fedeliterq; ſeruiuit/ nec poteſt amplius præ valetudine/cum pro eo rogati fuerimus/dabimus

vnam

vnam præbendam proxime in Regno vacaturam/ pro reliqua vita trāſigenda.

De Canonicis.

PRo Canonicis quæ neceſſaria vidētur ſtatuemus in cōfirmatione Academiæ Haffnienſis. Volumus vero ⁊ mandamus/ vt/ quemadmodum ſemper debuerūt/ foueant honeſto ſtipēdio eruditum aliquem theologum in ſua ciuitate/ qui publice legat latine ſacras literas pro Cāonicis/ pro Scholaſticis aut doctis ciuibus/ aut aliis adire volentib⁹. Hic theologus nonnunquā ſtato tempore prædicet/ ſed ita ne alia ordinaria prædicatio per hoc impediatur.

Et Canonici/ qui alibi non agunt ſtudii gratia/ quotidie canant ex ſacra ſcriptura ⁊ verbo dei/ quemadmodum Dilectus

nobis Joannes Bugenhagius Pomera-
nus Doctor/ ſuo conſilio/ quemadmodū
vocat/ex verbo dei ⁊ ratione fidei Chriſtia
næ preſcripſit. quæ iuſſimus in fine huius
noſtræ ordinationis addi/ Ea cum non
grauent/ vt illa Papiſtarū battologia/ſed
ſancta ſint ⁊ iucundiſſima verbi dei exer-
citia/ inuocationes Dei ⁊ gratiarum acti-
ones/atq; pene ludendo aſſuefaciant pios
ad ipſam ſacram ſcripturam/ nihil eſt cur
aliquis canonicus/ qui a Canonica ſcri-
ptura nomē habet/ ea recuſet. Dominico
quoq; die ⁊ in feſtis/ ſi adſunt communi-
caturi corpore ⁊ ſanguine Chriſti/ cœnam
domini celebrent vt ibi præſcriptum eſt/
niſi ipſorum eccleſia ſit parochialis/qua de
re antea dictū eſt in hac ſacra ordinatione.
Licebit eis in hoc ſuo otio viuere ſed hone-
ſto ⁊ literario/ donec ad officia vocati fu-
erint. Qui non continent ducant vxores
ſecundum dei ordinationem/nihil morati
doctrinas dæmoniorum/ Venerandum
coniugiū (ait ille) ſit omnibus ⁊ thorus
immacula

ſmaculatus. Scortatores autem et adul‑
teros iudicabit deus/ Côuerſamini ſine a‑
uaritia/ contenti præſentibus id eſt iis
que adſunt.

Quando autem propter doctrinã vocantur quidam ex eis/ ſi ita res poſtula‑uerit/ ad officium Superattendentum/ Paſtorum/ prædicatorum/ Scholarum/ Academiæ/ aut ad conſilia ⁊ labores pro rebus publicis/ accipiant integra illa ſtipẽ‑dia officii ſui ⁊ ſimul retineãt omnia quæ ex canonicatu habent/ niſi quibuſdam re‑bus ſua ſponte voluerint reſignare/ ita vt ſint ditiores qui meliores ⁊ qui ſua doctri‑na nunc aliis inſeruiunt. Certe hanc gra‑tiam noſtram contemnere/ quid aliud eſſet/ quam ⁊ pietatem ⁊ honeſtatem exoſam habere?

De Monachis non Men‑dicantibus.

Monachis qui veritatem dei intelligūt/ ſit ſua libertas per Euangelium libera In conſcientia. Si reuerenter et honeſte petierint a ſuperiori ſuo manumiſſionem/ non vltra volentes manere illic propter cōſcientiam et timorem dei/ cupiēteſque ſecūdum deum aliud genus vitæ/non hoc eis negetur/ immo conuenit vt miſeri accepta veſte et viatico et pecunia aliqua in eleemoſynam/ dimittantur/ Si ſuperior recuſauerit/ de hoc coram nobis reſpondere debet. Faciliori ſumptu cū larga eleemoſyna dimittitur monachus quā perpetuo inuitus contra conſcientiam in monaſterio aleretur. Certe nos quorundam impuri cælibatus nolumus eſſe participes.

Qui autem monachi in mōaſterio eſſe voluerint/ quam diu illic manſerint/ ſuo ſuperiori ſubiecti ſint et obediant/ad agendum quæ decet ſanctos/ ad honeſte viuendum. Non exeant aut diſcurrant quocunq; voluerint ſine mandato ſuperioris. Audi-

ant et

ant et diſcant ſacras lectiones et prædicati=
ones/legant ſacra/vt forte quidam poſſint
poſtea fieri paſtores Eccleſiarum/ Ideo
ſingula talia monaſteria habeant doctum
virum qui legat ſacram ſcripturam/doceat
catechiſmum/ prædicet etc. pro hoc ſuo
ſancto labore honeſtum recipiat ſalarium
et victum. Canant vero et feſto die cœnam
dōini noſtri Jeſu Chriſti celebrent/ quem
admodum diximus de Canonicis.

De monialibus ſiue Nōnis

NOnnæ ſiue mōiales/ſi propter cō
ſcientiam hoc vitæ genus muta=
tum voluerint/ liceat eis/ ſed
honeſte iuuantibus aut conſentientibus
amicis/hoc ſodalitium deſerere. Vt enim
nullius cōſcientiæ dominari debemus/ita
alieni delicti participes eſſe nolumus. Bene
ſcimus illud ocium et delicias et plus quā

carnalem

carnalem libertatẽ ⁊ ſecuritatẽ/ qui cultus dei male vocatur/non eſſe dei inſtitutũ.

Quibus autem placet in monaſterio manere/ quam diu manſerint/obediant Superiori ſuæ ſiue Prioriſſæ/ non excurrãt/ Honeſte viuant/ cum viris non cõuerſentur/aliquid operis agant/ legant/ inuocẽt Patrem in nomine Chriſti/ audiãt ſacras lectiones Catechiſmi ⁊ prædicationes/ diſcant rectam rationem veræ in Chriſtũ fidei. Si autem Prioriſſa quæ non decent eis permiſerit aut ipſa fecerit deponatur officio/ et alia melior eis præficiatur.

In ſingulis talibus monaſteriis præficiatur aliquis doctus ⁊ modeſtus prædicator qui habeat vxorem honeſtã cum honeſta familiola/ qui legat coram eis/ prædicet/ ⁊c Ei detur honeſtum ſalarium ⁊ victus.

Canant ⁊ celebrent cœnam domini vt de Canonicis dictum eſt/ niſi commodius

duxerit

duverit prædicator quædam & pauciora cãtanda Danice potius quam latine/ vt erudiantur per verbũ dei dum intelligunt quæ canunt & legunt.

Iuramẽtum Superinten-dentis.

SErenissime domine Rex Ego N. electus Superintendens diœceſis N. promitto Maieſtati tuæ fidelitatem/ quod volo curare/ quantum in me fuerit/ tuæ Maieſtatis & Regni honorem/ cõmodum/ pacem/ trãquillitatem/ obedientiam & alia quæ ſecundũ deum debeo Regiæ Maieſtati/ & obſiſtere iis qua ſunt his contraria. Præterea promitto/ quam diu in hoc fuero officio/ quod volo ſyncere tractare ſacrã ſcripturã/

 ſecundũ

ſecundum donum mihi a deo collatum/ pure tradere Euangilium ⁊ Sacramenta ſecundum Chriſti inſtitutionē. Ab opinionibus cauebo/ certis fidei noſtræ articulis inhærebo. Apud paſtores Eccleſiarum mihi commiſſarum/ vt ſimiliter præſtent docendi ⁊ ſacramenta dandi officiū/ vtq; Catechiſmū doceant ⁊ exigant a ſuis in confeſſione aut alias/ diligentiſſime agam ⁊ admonebo/ Agā ⁊ pro puerorū Scholis/ pro pauperibꝰ/ pro ordinationibus publicis ⁊ alia quæ de officio Superintēdentis in ſcripta ordinatione cōtinentur/ nec ſinam me vel muneribꝰ vel amore aut alio affectu corrumpi cōtra meum officiū. Si quid fragilitate humana aut ignorātia aut alio caſu a me neglectū fuerit/ hoc ignoſcat mihi clæmētia dei patris per Jeſum Chriſtum filium ſuum. Sponte autem aut ſtudio/ contra ea quæ nunc tuæ Regie Maieſtati promitto agere non volo. Ita me deus adiuuet per hoc ſanctum Euangeliū.

Et hoc

Et hoc dicēs tangit librū noui teſtamēti.

Hiſce Cærimoniis ordinabitur publice Superintendēs dominica die aut feſto.

Lecta Epiſtola in Miſſa aliquis prædicator vel Præpoſitus conſcenſo ſuggeſtu/dicat populo N esse electum in Superattendentem pium virum/induſtrium/modeſtū/doctum ꝛc Ideo ſe admonere vt orent pro eo ꝛ verbi miniſterio. Pater noſter ꝛc̄

Mox canitur Veni ſancte ꝛc Interim ingreditur populus ad chorum vel prope vt licet/ Ordinator autem ꝓprius accedens ad populum vt poſſit exaudiri/ indutus ſuperpelliceo ꝛ Cappa chorali/ vt vocant/ cum ordinādo induto ſuperpelliceo ꝛ aliis preſbyteris ſuperpelliceo indutis qui ad

eſſe poſſunt/ iubet primum orari Pater noſter vt adſit deus huic negotio/ Mox ſurgens & ſtans cōmendat breuibus mi- niſterium verbi ſanctiſſimū/ vtiliſſimū/ neceſſarium &c Magno preconio ſpirit⁹ ſanctus in Paulo laudat hoc miniſterium Eccleſiæ a Chriſto glorificato datū dicēs. Aſcendens Chriſtus in altum/ Dedit ho- minibus dona quoſdam Apoſtolos alios Euangeliſtas &c ita vt ſi huc reſpicias/ merito inter feſta Chriſti nobis feſtū Pēte- coſtes debeat eſſe maximū. Naſcitur qui- dem Chriſt⁹/ patitur & reſurgit/ ſed quid mundo prodeſſet iſte theſaurus/ niſi in feſto Pentecoſtes & poſtea vſq; ad finem mundi prædicatores & doctores verbi fa- ceret/ qui theſaurum mundo per verbum diſtribuerent/ de quibus ait Qui vos au- dit &c Igitur pro hac diœceſi electus eſt hic N. vir bonus/ pius &c

Inde canitur Pſalmus/ Domine domi- nus noſter &c ex quo mox vnū & alterū verſum

verſum ordinator interpretatur de Chri-
ſti prædicatoribus & regno Chriſti breui-
ſſime. Debet enim ordinator cauere ne
prolixitate tedio afficiatur populus & cõ-
temnat hoc negotium.

Mox legit Superintendẽti officia ipſius
ex ordinatione/maxime ex capite de victu
& ſalario Superintendentiũ/ vbi ſic ſcri-
bitur. Quia Superintendentes qui veri
ſunt Eccleſiaꝝ Epiſcopi vel Archepiſcopi/
iam non vocantur ad &c vſq;/ Quia
igitur &c Et poſtea mandat ei vt ſyncere
doceat Euangelium id eſt remiſſionem
peccatorũ & vitam æternam in Chriſto
Jeſu filio dei ſolum/ Jtem de Charitate/
Cruce/ Pœnitẽtia/ magiſtratu/ obedien-
tia ex verbo dei: Itẽ de Sacramentis ex
Chriſti inſtitutione non aliud aut aliter.
Promittis? Reſpondet Promitto. Or-
dinator addit. da dexteram/
& ille dat.

Sequitur ſtatim pſalm⁹ qui canitur/ Ecce nunc benedicite domino ꝛc Poſt pſalmum dicit ordinator Vobis paſtoribus canitur hic pſalmus/ vt leuetis manus id eſt oretis/ ꝛ benedicatis dñō id eſt prædicetis benedictionem in ſemine Abrahæ Chriſto ꝛc etiam noctu non ſolum in die id eſt aſſidue et cum ſumma diligentia ita contra regnum Satanæ agentes:

Et pergat ſic dicens.

Hactenus cecinimus ſacra cantica et pſalmos commendantes officium verbi/ nunc de eodem audiamus et ſacras lectiones.

Hic aliquis ex preſbyteris recitet lectionem.

Sic dicit Paulus Epiſcopo Tit: i. Huius rei gratia reliqui te ꝛc vſq; ad finem capitis.

Secundus

Secundus presbiſter ſtatim recitet lectionem alteram.

ACtorū 20. Paulus vale dicens præſbyteris Epheſiorum dicit. Nunc ecce ego ſcio quod poſt hac non ꝛc̃ vſq₃ ad finem capitis.

Tertius pſ̄byter mox ſubiūgat tertiam lectionem.

2. Timo: 3. dicit Paulus ad prædicatorem. Obteſtor ꝛc̃ vſq₃. Nam ipſe iam imolor ꝛc̃

POſt has lectiones Ordinator dicit. Hæc omnia admonēt officii ſui prædicatores/ et ſimul declarant quā placeat deo hoc officium et neceſſariū ſit Eccleſiæ.

Nā

Nam per prædicatorem ſuum Chriſtus ipſe prædicat/ baptizat/ dat Sacramẽtũ/ arguit/ exhortatur/ conſolatur/ quæ maxima eſt noſtri conſolatio in iſto ingrato et contemptore mundo ꝛc

Pergit vero ſic dicens.

POſt hæc omnia ſcire debetis omnes/ quod hac ordinatio ſanctificatur per hæc duo /nempe per verbum et orationem/ vt et quelibet creatura ad vſum et miniſterium noſtrum/ id quod Paulus ſic dicit. Omnis creatura dei bona eſt ad vtendum cum gratiarum actione fidelibus et qui nouerunt veritatẽ. Sanctificatur enim per verbum et orationem. Hæc Paulus.

Verbum quo nobis commendatur et ſanctificatur hoc miniſterium apoſtolicum audiſtis/ tam etſi preterea multa alia ſcripta ſunt. Nũc ergo/ vt perficiatur

hac ſancti-

hæc ſanctificatio/ addamus et alterum nempe orationem.

Cum de omnibus orare debemus/ maxime opus eſt vt oremus pro prædicatorib⁹ ꝛ miniſterio verbi/ Nam vt dicitur Lucæ 6. Chriſtus tota nocte orauit/ quando mane ordinaturus erat 12. Apoſtolos. Item alibi dicit. Rogate dominum meſſis ꝛc.

ORationi etiam addebant Apoſtoli ꝛ ſeniores Eccleſiæ manuum impoſitionem cum ordinarent vel mitterent prædicatores/ vt vides in Actis. Quem morem ſuſceperunt poſtea Eccleſiæ Chriſti ab apoſtolis/ quemadmodum Paulus hortatur Epiſcopum dicens.

1. Timo 5. Manus ne cito alicui imponas/ De prædicatoribus ꝛ doctoribus Eccleſiarum hæc dicuntur non de Miſſariis. Olim hoſtiis manus imponebantur/

bantur/ vt vides in lege Moſis. ſcitote & hic nos deo offerre ad ſacrum miniſterium eos quibus manus imponimus. Hoc ergo & nos ab Apoſtolis docti hic faciemus in nomine domini noſtri Jeſu Chriſti.

Hic ordinator cum preſbyteris & ſenioribus impōit capiti eius manus/ & dicit aperte

Oremus/ Pater noſter &c. Et addit. Omnipotens æterne Pater qui ita nos docuiſti per vnigenitum filium tuum/ vnicum magiſtrum noſtrum. Meſſis eſt multa/ operarii vero pauci. Rogate ergo dominum meſſis vt mittat operarios in meſſem ſuam. Quæ verba nos admonent/ bonos operarios id eſt

prædicator

prædicatores & Eccleſiarum doctores/ à tua gratia/ ſeria & fideli præce petendos/ Nos tuã im̃enſam bonitatem præcamur/ vt clœmenter reſpicias/ hunc famulum tuum/ quem ad Epiſcopale Eccleſiæ officiũ eligimus/ vt ſit diligens in verbo tuo/ ad prædicandum vnicam noſtrã ſalutem Jeſum Chriſtũ/ad docendas conſcientias/ ad conſulandum/ ad monendum/ & arguendum cum omni patiẽtia & doctrina/ ita vt ſacroſanctum Euangelium perpetuo apud nos duret ſyncerum & ſine fermento humanæ doctrinæ/ & fructũ ferat nobis omnibus æternæ ſalutis/per eundẽ Jeſum Chriſtum filium tuum dominum noſtrum.

Reſpondetur ab omnibus. Amen.

Et ſtatim canitur Danice. Nunc rogamus ſpiritum ſanctũ propter fidem rectam maxime &c.

Interim procumbit ordinator coram al-tari cum ordinato ꝛ aliis preſbyteris ꝛ orant/ dū cantatur primus cantici verſus. Deinde ſurgunt/ et vadit quiſqꝫ in locū ſuum/ vt poſtea cum aliis fidelibus acci-piant ſacram Chriſti cõmunionem in hac domini cœna.

Omnia prædicta dicantur ꝛ legantur Danice vt Eccleſia intelligat. Pſalmi cantentur latine/
Sequitur enim breuis expoſitio ex Pſal-mis vulgari ſermone/ eorum quæ huc pertinent.

Cum legitur vltima collecta in hac cœna dominica/accedentes procumbant rurſum ad altare ꝛ ſuſcipiant vltimam illam ꝛ conſuetam benedictionem/ vtcumqꝫ non ipſis tantum ſed toti Eccleſiæ annuncietur ꝛ detur.

Finis Ordinationis Superintendentis.

Poſt hæc adiicimus huic ordinationi ſacram inſtructionem & Conſiliũ Joannis Bugẽhagij Pomerani

Doctoris ex verbo dei/ id quod nos probamus/ ſuſcipimus & ſeruatum volum⁹/ pro Canonicis & Monachis/ quemadmodum ante dictum eſt in hac ſacra ordinatiõe. Sic enim conſulit vir ille & docet.

Pia et vere Ca-
tholica ⁊ cōſen-
tiens veteri Ec-
cleſiæ ordinatio
Cæremoniarum
pro Canonicis
et monaſterijs.

SI QVID voluerint cantare Monachi qui adhuc in Monaſteriis reliqui ſunt/ aut Canonici/ Primum & ante omnia ſic inſtituant animum verbo Dei & fide Chriſtiana /vt certo ſciant ſolū Chriſtum coram Deo patre ſuam eſſe iuſtitiā & vitam æternā/ murmura vero illa horarum canonicarū & longas ſimulataſq; preces/ eſſe fatigationes corporum & vexationes conſcientiarum.

¶ Deinde nihil canant aut legant publice quod non ſit ex ſacra acceptū ſcriptura id eſt ex veteri et nouo Teſtamento/ ne ſub ſpecie nominis Dei nomen Dei blaſphement contra ſecundum præceptum/ Non aſſumes nomen domini Dei tui inuanū/ Non enim erit impunitus qui hoc fecerit/ ne rurſum puniamur a Deo horrenda animi cæcitate vt antehac.

¶ Iccirco abſtinebunt a cantu et collectis

quæ

quæ ſapiunt inuocationem ſanctorum et iuſtitias humanas/ quaſi noſtris operibus mereamur remiſſionem peccatorū et vitam æternam/ quæ eſt impietas et abnegatio miſericordiæ Dei patris et ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti/ blaſphemia in Euāgelium glorie Dei/ et turpis ignorantia Baptiſmi noſtri.

¶ Gloriamur nos eſſe fideles non Turcas/ ſed vbi eſt fides noſtra? fidere noſtris iuſticiis/ non eſt fidere ſola Dei bonitate in Chriſto/ ſed eſt proprie habere Deos alienos contra primum præceptū/ vt ſimus Athei et impii/ ſine Deo in hoc mundo/ omnia tentātes quaſi varios Dei cultus ſine verbo Dei/ ſine mandato Dei/ ſine fide/ ſine fiducia in Deum/ breuiter/ ſine Deo/ An non hic merito obſiſtit
Gal. 2. Eccleſia ſancta ſponſa Chriſti cum Paulo
1. Cor. 15. dicens/ Ergo ſcilicet Chriſtus gratis mor-
2. Cor. 4. tuus eſt? Et rurſus. Ignorantiam Dei
Rom. 10. quidā habent/ Item Volentes/ vt Judei/

ſuam

ſuam ſtatuere iuſtitiam/ iuſtitiæ Dei nõ
ſunt ſubiecti/ Juſtitia autem dei id eſt/ Rom. 3.
quando iuſtificamur a Deo/ eſt per fidem
ſanguis Chriſti ꝛc

¶ Quis enim nunc reuelata veritate/
feret has ꝛ ſimiles Blaſphemias in Colle-
ctis quibuſdam/ Deus qui nos hodierna
die ſolennitate Beati Georgij/ Blaſii ꝛc.
lætificas/ concede propicius vt eius meri-
tis ꝛ interceſſione a peccatis omnibus ab-
ſoluamur ꝛ vitam conſequamur æternã ꝛc
Hoc ſcilicet eſt petere patrem in nomine
Jeſu quemadmodum ipſe iuſſit ꝛc Hæc Joha. 14
ſcilicet eſt oratio fidei/ quemadmodũ ora- 15.
tio debet eſſe fidei/ niſi Turca ſis ꝛc ꝛ ta- 16.
men poſt iſtas blaſphemias audemus ad-
dere. Per dominum noſtrũ Jeſum Chri-
ſtum ꝛc

¶ Quanto ſynceriores ꝛ ſanctiores ſunt
Orationes quas collectas nunc vocamus/

quas pii Epiſcopi ⁊ Eccleſiarum paſto-
res olim fecerunt/ quæ adhuc apud nos
ſunt Collectæ de tempore vt vocantur/ in
quibus ſola miſericordia patris implora-
tur per Jeſum Chriſtum dominū noſtrū/
quemadmodum ipſe promiſit. Si quid
petieritis patrem in nomine meo hoc fa-
ciam

¶ Sic ⁊ ſyncerior fere eſt ille cantus
qui vocatur de tempore/ Nam fere ſemper
habet maneſeſta verba ex Pſalmis/ Pro-
phetis/ nouo Teſtamento/ aut Hiſtoria
ſacra Bibliorum/ id quod pius homo fa-
cile videbit/ De ſāctis autem raro aliquid
ſynceri canitur/ niſi ſit/ vt dixi/ ex ſacra
ſcriptura/ id quod tamen ſæpe impie de-
torquetur pro iuſticiis humanis in alie-
num ſenſum

¶ Hic facile iudicabit fidelis homo
qui vel norit quid Articuli noſtræ fidei ſibi
velint/ Credo in Deum patrē omnipo-
tentem creatorem coeli ⁊ terræ/et in Jeſū
Chriſtum

Chriſtum filium eius vnicũ Dominum noſtrum/ qui conceptus eſt ꝛc Siquidem credimus nos Chriſtiani Remiſſionem peccatorum/ vt fatemur in articulis fidei/ per Chriſtũ pro nobis conceptũ/ natum/ paſſum/ mortuum et glorificatũ/ quem-admodũ ⁊ ipſe iuſſit nos inuocare Patrẽ/ Remitte nobis debita noſtra. Hic vnus articulus/ qui eſt/ Remiſſio peccatorũ per Chriſtum/ ſi vere creditur/ confundit et ſubuertit totum Papatũ ⁊ omnem Mo-nachatum/ vt nunc eſt/ et omnes iuſticias humanas virorum et mulierũ/ id quod eſt regnũ Antichriſti/ tantum abeſt vt hoc Articulo credito / nõ poſſet fidelis homo/ etiam ſi ſutor ſit/ non diiudicare cantus ⁊ verba fidei aduerſa/modo linguam intel-ligat qua canitur. :Matth.6

¶ Quod autẽ Pharisaicis opinionibꝰ occupati multi diiudicare non poſſunt aut non volunt/ certiſſimum ſignum eſt eos

defeciſſe a fide et Baptiſſmo Chriſti/ ſub nomine tantum fidei Chriſtianæ. quemadmodum Paulus ad Timotheum/ vbi
1. Tim. 4 dixerat de honeſto coniugio Epiſcoporū & diaconorū (qui longe aliud tunc erant quam nunc) ſubdit eodem contextu Prophetiā de futuris errobus et blaſphemiis AntiChriſtianis/ dicens/ ꝙ quidam deficient a fide/ credentes ſpiritibus erroris et doctrinis dæmoniorū/docentiū mēdacia/ In Hypocriſi/ id eſt/ ſub ſpecie pietatis et religionis/ et habentium conſciētiā cauterizatam/ id eſt/ turpi cauterio inuſtam/ ſunt enim alligati corde ad opera et ſtatuta humana/ ſperantes in talibus eſſe ſalutē/ quæ gloria ſoli debetur Chriſto.

¶ Non enim/ vt ait Petrus in Actis
Acto. 4. Apoſtolorū/ aliud nomen ſub coelo datū eſt hominibus in quo nos oporteat ſaluos fieri Accedant mille alia nomina/ nihil hic ſunt/ Audis exclusiuam illam particulam/ de qua nunc ineptuli diſputant/

num

num Sola fide iuſtificemur/ ignorantes quid vel vocabulũ fides ſignicet/ ne dubites eos a fide defecaſſe. Siquidem fides ſiue fiducia illa Chriſtiana apprœhendit Chriſtũ/ in conſcientia coram Deo/ et in Chriſto patrem/ et aliam iuſtitiā coram Deo non nouit niſi Chriſtũ/ hic eſt deus et homo/ mediator inter Deũ et hominē/ qui ſedet ad dexteram patris ⁊ interpellat pro nobis/ non eſt in alio ſalus/ non aliud nomen ſub coelo datum eſt hominibus in quo nos oporteat ſaluos fieri/ etiam ſi nomines legem Dei/ tantũ abeſt vt nomina legũ humanorũ ⁊ excogitati cultus hic aliquid poſſint. 1.Cor.2. 1.Tim.2. Rom.8.

¶ Omnes homines vt Turcæ/ Judei et impii contemptores et ventris ſerui apud nos/ multa dicere poſſunt de Deo/ quæ ⁊ diabolus credit/ nempe quod Deus ſumma maieſtas condiderit coelum ⁊ terram ⁊c Soli autē vere Chriſtiani cre-

dunt hunc Deum ſuum eſſe patrẽ/ et ſe eſſe
filios/ Apprehendunt enim fide Chriſtũ/
in quo ſolo patrem habent/ extra quem
Joha. 1. Deus non inuenitur. Deum nemo vidit
vnquã/ Vnigenitus filius qui eſt in ſinu
patris/ ipſe enarrauit/ id eſt/ reuelat pa-
trem/ ſuo predicato Euangelio. Patrem
Matt. 11. nemo nouit niſi filius/ et cui voluerit fi-
lius reuelare ſuo ſpiritu ſancto per Euan-
Luce. 8. gelium. Nam multi audiunt ⁊ legunt E-
uangelium qui tamen non credunt.

¶ Hæc qui non norunt adhuc ſunt
ſine fide/ non ergo mirum quod pro ſuis
iuſticiis/ id eſt/ ſtercoribus humanis di-
ſputantes/non poſſunt intelligere/ Sola
in Chriſtũ fide nos iuſtificari/ Quos que-
ſo ordines/ quas Religiones ⁊ obſerua-
tiões duveris huic iuſtificationi addẽdas?
Hic eſt vnicus ordo/ vna religio ⁊ certa
ſalus credere in Chriſtũ Jeſum/ quod ipſe
1. Cor. 1. ſolus/ qui crucifixus et mortuus eſt pro
nobis/ eſt noſtra ſapientia/ iuſtitia/ ſanc-
tificatio

tificatio ⁊ redemptio/ Et qui gloriatur nō in ſe/ ſed in Domino glorietur.

¶ Noſtrum eſt peccatum et dānatio et omnes ſumus ſub lege/ niſi liberemur/ Chriſtus autem credentibus eſt iuſtitia et propiciatio ⁊ ſalus æterna/ Hic liberat a lege/ peccato et morte/ et conſtituit nos vt ſimus ſub gratia/ agnoſcamus ⁊ inuocemus patrem/ Hæc eſt religio Prophetarum/ Martyrum ſanctorum ⁊ omnium vere Chriſtianorum/ vt gloriatur Petrus Acto. 10. Huic inquit/ Chriſto omnes Prophetæ teſtimoniū perhibent remiſſionem peccatorum accipere per nomen eius quotquot credunt in eum/ Hæc eſt ſyncera et ſancta Apoſtolorū doctrina a Chriſto calitus orbi mandata ⁊ prodigiis ſpiritus ſancti confirmata/ vnde canimus. Credo Vnam Sanctā Catholicam ⁊ Apoſtolicā Eccleſiam.

¶ Sectas nō agnoſcit Eccleſia etiāſi

vouerint

vouerint ⁊ iurauerint ſuas impietates ſe ſeruaturas contra votum ⁊ ſacratiſſimum Baptiſmi pactum/ ſed dicit cum Paulo/

Gal. 6. et. 2. Nemo ſit mihi moleſtus. Non aſpernor gratiā Dei. Nam ſi per legem eſt iuſticia/ ergo Chriſtus gratis mortuus eſt/ qui dilexit me ⁊ tradidit ſemetipſū pro me/ Cui hoc præciū redēptionis non ſatis eſt/ quærat aliud/ ſed infernum inueniet.

¶ Egregii iſti diſputatores ne hoc quidē intelligunt de quo diſputent/ Nam contentio non eſt vtrū Sol/ Luna/ Lapides aut trunci aut alia iuſtificent/ ſed tātū contentio eſt de iuſticia fidei ⁊ iuſticia

Roma. 5. Gal. 2. 3. Eph. 2. operū coram Deo. Hic ſpiritus ſanctus in cordibus fideliū ⁊ expreſſo verbo Dei negat operibus coram Deo iuſticiā vtcūq; alio pertineant ſancta opera quæ quiſq; ſecundū ſuā vocationem facit verbo Dei cōmendata/ nugas ⁊ excogitatos cultus abominatur Deus cū pro iuſticia ſuſcipiuntur.

¶ Quid

¶ Quid ergo peccant/ qui docent. Sola fide nos iuſtificari? Siquidē non iuſtifi- camur operibus corā Deo/ id quod Hy- pocritarū conſcientiæ randē cogentur fa- teri vel ſero. Sic enim ait Paulus. Non ex operibus iuſtitiæ/ quæ feceramus nos ſed ſecundū ſuam miſericordiā ſaluos nos fecit per lauacrū regenerationis et renoua- tionis ſpiritus ſancti/ quē effudit in nos opulente per Jeſū Chriſtū ſaluatorē no- ſtrum/ vt iuſtificati illius gratia hæredes efficeremur iuxta ſpem vitæ æternæ. Hic eſt indubitatus ſermo. Tit. 3.

¶ De operibus vero bonis/ non de Monachorū nugis/ poſt hæc verba Pau- lus ſic addit. De his volo vt confirmes/ quo ſoliciti ſint vt bonis operib⁹ præſint/ qui crediderunt Deo. Hæc enim ſunt ho- neſta ⁊ vtilia hominibus/ lege Epiſtolā ad Titum/ vnde iſta citauimus/ ⁊ vide- bis quæ bona opera dicat ſingularū con-

ditionum/ ſectas autem noſtrorum non
nouit/ ſed excõmunicandos cenſuit qui
2.Teſſ.3. curioſa agebant/et pro his victum ſibi ab
aliis deberi contendebant.

¶ Bone Deus quot excõmunicatos
hodie pronunciat ſpiritus ſanctus hiſce
Pauli verbis? Fere omnes Papiſtatum
ordines non ſolum curioſa/ id eſt non ne-
ceſſaria agunt/ ſed etiam ea quæ prohibi-
ta ſunt/ et verbo Dei ⁊ fidei Chriſtianæ
contraria/ ⁊ hæc ipſa venditant seductores
ſeductis pro religione ⁊ maxima ſanctita-
te/ ⁊ vorant non ſolum domos viduarũ
Matt. 23 ſed etiam ditiones Principum. Sed quid
prodeſt ſanctitatẽ iactare et apud Deum
eſſe excõmunicatum et ad infima tartara
Joh. 16 dãnatum? Spiritus ſanctus per prædi-
cationẽ Euangelii etiã hodie mundũ ar-
guit de peccato infidelitatis et de iuſticia ⁊
de iudicio/ ſed mundus non credit.

¶ Verũ de iuſticia fidei et de operibus
bonis

bonis docendi ſumus ex ſacra ſcriptura/ qua de re nũc æditi ſunt inſignes libri & pii tractatus/ vt non opus ſit hic omnia repetere/ Vide tantũ ne ſtatim hæreſeos dãnes quod non intelligis/ ſed omnia. ait Paulus/ probate/ quod bonũ eſt tenete/ Quomodo probabimus niſi verbo Dei & fide Chriſtiana ? 1 Teſſ. 5 ſupra

¶ Quis vero fecerit noſtras ſectas ipſæ viderint/ Paulus eis duas notas inurit/ Prohibent inquit honeſtas nuptias & cibos/ vnde cognoſcantur eſſe homines qui defecerit a fide/ addicti ſpiritib⁹ errorũ &c. Hæc duo ſunt noſtris nunc vnica ſanctitas et religio Angelorum/ qui vero pro Chriſto contra docent habentur Hæretici/ ſed Paulus ibidem dicit. Hæc docens eris fidelis miniſter in Domino/ AMEN. 1. Timo. 4 Collo. 2 1 Tim. 4

¶ Hæc omnia eo dicimus/ vt ſynceritatem fidei noſtræ agnoſcentes/ ſyncere etiã

confiteamur eandem/ Atq; huc pertinet/ quemadmodū dicere cœpimus/ ne quid de Sanctis aut alias impiū/id eſt quod fides Chriſtiana ꝛ Euangeliū gloriæ Dei non ſuſtineat/ cantemus. Indignatur hodie Hypocritarū vulgus ſe a Laicis damnari verbo Dei/ ſed Chriſtiani ſumus qui Chriſtum cōfiteri debemus/ ꝛ nō ſuſtinere vt blaſphemiarū ꝛ abominationū Papiſticarū ſimus participes. De verbo Dei loq̄uor/ nam ꝙ vel ſimultatibus vel ſeditionibus apud pleroſq; in hac cauſa agitur probare non poſſumus.

¶ Quis queſo fidelium poſthac audire poterit hanc blaſphemam inuocationem/ nō tam ad beatam virginem Mariam quam contra eam factam. Solue vincla reis/ profer lumen cæcis/mala noſtra pelle cuncta bona poſce? Beatam quidē dicere debent omnes generationes ſanctiſſimam
Luce. 1. Dei genitricem quæ virgo conceperit de ſpiritu ſancto/ ꝛ facta ſit mater Dei ꝛ hominis

minis ſaluatoris mundi/ nō ſuo merito ſed gratia Dei Quemadmodū angelus ei dixit Inuenisti gratiā apud dominū/ Ibidem. & Eliſabet eius fidem cōmendans/ Beata inquit/ quæ credidiſti/ quoniam perficien- Ibidem. tur in te omnia quæ dicta ſunt tibi a Domino/ Hæc ſunt maxima ob quæ beatam eam dicimus/ ſed inſania & infidelitas facit ex ea Deū/ quia inuocat eam/ poſtulat ab ea remiſſionē peccatorū/ illuminationē mentis/ ſalutē animæ et corporis. Mirū quod in hanc horrendā cæcitatem licuerit nobis peruenire/ ſed ita fieri neceſſarium eſt/ amiſſo lumine Chriſto/ vbi homines defecerunt a fide &c.

¶ Similiter & alios ſanctos impudentibus mendaciis et blaſphemiis/ cantando grauare certe non honorare nituntur/ vt quando canunt de beato Nicolao/ Beatus Nicolaus iam triumpho potitus vouit ſuis famulis prebere cæleſtia cōmoda/ qui

toto corde poſcunt eius petitiones/ Illi ni-
mirum tota nos deuotione oportet com=
mittere/ vt apud Chriſtũ eius patrociniis
adiuuemur ſemper. Quos quæſo famu-
los habet Sanctus Nicolaus/ vel Augu-
ſtin⁹/ vel Franciſcus rc̃ An non Chriſtus
dixit contra diabolum/ eſſe ſcriptũ/ Do-
Matt. 4 minũ Deũ tuum adorabis & illi SOLI
ſeruies ? Vbi & quãdo Beatus Nicolaus
vouit ſuis famulis prebere coeleſtia cõmo-
da ? Mendaciũ eſt. Quid reliqua ſunt
niſi fides & fiducia in Nicolaum qui nobis
conciliet Chriſtũ ? cum tamen neq; in coe-
lo neq; in terra/ nos quiſquã plus amet
Joh. 15 quam Chriſtus/ Maiorem inquit chari-
tatem nemo habet/ quam vt animã ſuam
ponat quis pro amicis ſuis. Hic dicimus
1. Cor 1 cum Paulo. Nũquid Paulus pro vobis
eſt crucifixus ? Nũquid in nomine Pauli/
aut Nicolai/ aut Mariæ eſtis Baptizati ?

¶ Hæc craſſius depingimus illis/ qui
cum audiunt in cantu eſſe impia vitãda/
aiunt ſe

aiunt ſe neſcire quæ ſentiam⁹ eſſe impia/ Iſtæ ergo ⁊ ſimiles blaſphemiæ longe ab/ ſint poſthac ab ore noſtro.

¶ Sed aiunt ſcriptū eſſe/ Laudate Dominum in ſanctis eius/ quis negat? pſal. vlt. Non cōtendo nunc/ an vocabulū Sanctis ſit ibi non maſculinū ſed neutrū/ ſed hoc nunc ſolū agim⁹ ne Dominum in Sanctis eius noſtris mendaciis ⁊ impio cultu blaſphemem⁹. Si autē aſini cōtenderint Sanctos eſſe inuocandos/ quia ſcriptū eſt/ Laudate Dominū in Sanctis eius/ eadem ratione ex eodem loco contēdat ſonū Tubæ eſſe inuocandū/ Pſalteriū Citharam/ Tympanū/ Chorū/ Chordas/ Organa. ⁊ Cymbala eſſe inuocanda/ quia ſequitur. Laudate Dominū in ſono tubæ. Laudate eū i Pſalterio ⁊ Cithara ⁊c̄. Quid inſanimus? Sed hæc hacten⁹/ ne quid impium/ id eſt/ a verbo Dei ⁊ fide Chriſtiana alienum cantetur.

¶ Eadem

¶ Eadem ratione abſtinebũt ꝛ a legendis
ſanctorum/ quas vocant/ ne videlicet eas
publice legant/ nam priuatim legere/ ſi
quis tempꝰ perdere vult/ non prohibemꝰ/
vt nec fabulas Eſopi/ ſed hæ eruditionẽ
habent/ Illæ autem pro maxima parte
ineptiſſimis ſcatent fabulis ꝛ maria ſũt
mendaciorũ/ egregium inſtrumentũ quo
Monachi ſuperſtitiones propagarent et
Chriſtum nobis obliterarent.

¶ Sunt autem ibi ſæpe talia menda-
cia vt eruditi ꝛ Hiſtoriarũ periti mirẽtur
hos fucos ꝛ Satanæ laruas indoctos
homines non videre/ vt quando ſanctus
Mattheus Euangeliſta fingitur habuiſſe
Templũ ꝛ Altare/ ꝛ ante altare vbi Miſſã
celebrauit/ occiſus a Principe/ ꝙ pro con-
cione prohibuiſſet ei Monialem accipere
in vxorem.

¶ Vbi tempore Apoſtolorũ erant templa
Chriſtianorum/ niſi illa viua/ de quibus
Paulus

Paulus ait/ Templū Dei ſanctū eſt quod eſtis vos. Item An neſcitis quod corpora veſtra Templum ſunt ſpiritus ſancti habitantis in vobis? Hæc templa ædificabant Apoſtoli/ Paſtores et ſancti Doctores ad cōplementū corporis Chriſti/ vt Paulus dicit Epheſiis/ quos et ait ædificatos ſuper fundamentū Apoſtolorum et Prophetarū ipſo ſummo angulari lapide Ieſu Chriſto/ Non q̄ reprehendo domos quas Eccleſias vocamus/ vbi conueniam ad Euangelium Chriſti audiendū/ ac orationem publicā et ſacramēta ſuſcipiēda/ ſed hyſtoriā mendacem arguo/ quia tales Eccleſiæ tunc ignorabantur. 1.Cor. 3. 1.Cor. 6. Eph. 4. Eph. 2.

¶ Neq; vero noſtra altaria habebāt tunc ad ſacrifitia purgatorii excogitata/ ſed dicebant vt eſt in Epiſtola Heb: Habemus altare ideſt Chriſtum de quo non licet edere iis qui tabernaculo deſeruiunt. Heb. 13.

Sed vnde tunc Moniales erant? an ex doctrina Apoſtolorũ/ qui dixerunt/ De virginibus præceptũ Domini non habeo/ cõſiliũ autẽ do/ taãquã miſericordiã a Deo cõſecut⁹ vt ſi fidelis? Tũc quæ virgines hoc donum continẽndi habebant a Deo (reliquis nõ hoc cõſulit Paulus) ſua ſpõte ſine votis & legibus/ hoc eſt/ vt Paul⁹ ait/ ſine laqueo/ ſeruabantur in ædibus parentũ. Sic eni ait Paulus. Si quis ſtatuerit ſeruare ſuam virginem &c. & ſeruiebant parentibus & rei familiari/ nõ ocioſæ aut gratis panẽ contra Dei ordinationem manducantes/ neq; addictæ infidelibus obſeruationibus & prodigioſis cultibus/ ſed tantum Domino Chriſto placentes/ ſecundum Euangelium gloriæ Dei quod Paulus prædicabat. Siquidẽ interim liberæ erant a curis huius mundi/ non ſolicitæ pro marito/ pro filijs/ pro poſſeſſionibus &c. vnam ventrem ſuo labore facile alebant/ dum ſciebãt/ paulopoſt ſe hic nihil relicturas quod poſſent amare. His

Locus de virginibus. 1.Cor. 7.

2.Teſſ. 3

perpetuo

perpetuo manebat liberū poſtea nubere/ ſi vellent.

¶ Quod inſtitutū et donū paucarū virginum cum poſtea quidam Epiſcopi & alij immodeſtius extollerent obliti verbo-rum Pauli/ factū eſt vt tales virgines dice-rentur ſponſæ Chriſti/ cum tamen Apo-ſtolorum tempore ſponſa Chriſti non di-ceretur niſi Eccleſia fideliū/ quemadmo- 2.C .xi.
dum & Paulus dicit Chorinthiis cōuerſis ad Chriſtū/ex quibus multi fuerant ſcor-tatores/ adulteri/ immundi/ &c Deſpon-di inquit vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto &c Iniuria cer-te fuit illis/ ob corporis virginitatem/ tribuere quod totius erat Eccleſiæ propter fidem in Chriſtum/ quemadmodū hodie cum Monachi ſua defendere debent/ pro ſe ineptiſſime ex ſacris literis citant quæ totius ſunt Eccleſiæ/ & quæ fidei ſunt Monacharum ſuo tribuunt.

¶ Hinc ea cōmendatione illectæ plures

virgines cœperunt ſe quaſi Chriſto dicare quas præſtitiſſet tradere coniugijs quam impuro Satanæ coelibatui.

Eph. 4. ¶ Erant enim caro & ſanguis vt nunc/ & cum iam videbantur non poſſe nubere/ per deſperationem/ vt Paulus de quibuſdam ait/ tradiderunt ſeſe omni impuditiæ. Siquidem cum ſeorſum a parentibus & arbitris amicis habitarent/ quaſi nō laboraturæ in ædibus paternis/ ſed Deo ſoli ſuo ocio alibi ſeruituræ/ veniebant ad eas Diaconi & alij/ & elegerūt eas ſibi in matres ſpirituales/ Reliqua nō volo dicere. Dicat beatus Martyr Cyprianus/ cuius verba non grauabor/ huc aſſcribere/ vt cognoſcas veram eſſe hiſtoriam quam dixi.

Libro. 1 Epiſt. 11 ¶ Sic autem ipſe in quadā Epiſtola ſcribit. Poſtulas quid nobis videatur de virginibus/ quæ cum ſemel ſtatum ſuum continenter & firmiter tenere decreuerint/

detectas

detectæ ſunt poſtea in eodem lecto pariter manſiſſe cum maſculis/ ex quibus vnum Diaconũ eſſe dicis. Quam graues mul-tarum ruinas hinc fieri videmus/ ꝛ per huiuſmodi illicitas ꝛ periculoſas coniũ-ctiones corrumpi plurimas virgines cum ſummo animi dolore conſpicimus. Quod ſi ſe ex fide Chriſto dicauerunt/ pudicæ ꝛ caſtæ ſine vlla fabula perſeuerent/ ita fortes et ſtabiles premium virginitatis ex-pectent. Si autem perſeuerare Nolunt 1. Cor. 7. aut NON POSSVNT/ melius eſt vt nubant quã in ignem deliciis ſuis cadãt/ certe nullum fratribus aut ſororibus ſcã-dalũ faciant ꝛc. Hæc interim Cyprianus.

¶ Tales ſententias patrum diligen-tiſſime cauit ne referret in ſuum decretum Gratianus/ erroneis patrum dictis ſæpe abutitur vt nectant conſcientiis laqueos. Vide quam hic Cyprianus libere ex ver-bo Pauli/ melius eſt nubere quam vri/ p-

nunciet pro coniugio talium etiam voto obſtrictarum/ ne conſentiat doctrinis dæmoniorum nubere prohibentium.

¶ Quas vero nunc Nonnas & Moniales habemus/ non ſunt ex virginibus de quibus Paulus conſulit/ vt notum eſt/ ſed ex doctrinis dæmoniorum/ de quibus Paulus prædixit/ ſecundum exemplum gentilium virginum quas Veſtales appellabant/ ex quarum vna fuit Roma nata/ vt ſcribit Liuius/ iccirco vſq; adhuc/ vbi martyrum ſanctorũ ſanguine vix ſatiata eſt/ cũ ſuo Papatu merito defendit Monialium & aliorum falſas religiones ne ſuæ matri ingrata inueniatur.

Liuius i primo Hiſtoriæ Romanæ

¶ Dicat nunc ergo ſtultus ille Hiſtoriographus legendarũ qua veritate audeat aſſerere ſuam hypogeniã plus quam ducentis virginibus Deo dicatis fuiſſe præfectam/ & omnes publice in Eccleſia a ſancto Mattheo benedictas. Hæc portenta

centa verborum ꝛ rerum noſtri temporis/ audet ille ineptulus affigere illi ſæculo Apoſtolorum/ ꝛ iam ſtulti Epiſcopi iſta aperta mendacia confirmant/ habentes etiã hodie in ſuo Paſtorali libro orationẽ/ quã mentiuntur eſſe Matthæi Apoſtoli ꝛ legunt eam ſuper ſuas Moniales verbis ſanis ineptis/ quaſi vero ex ſcriptis Apoſtolorum ꝛ actis Apoſtolicis ignoret Eccleſia ſancta quid Apoſtoli Chriſti docuerint/ aut quaſi vero ignoremus illius temporis hiſtorias/ aut quaſi Apoſtoli non manifeſte dãnent iſtos conſcientiarũ laqueos quos ille mendax probat.

¶ Ridiculum vero vel in primis eſt/ quod Beatum Euangeliſtã corã altari Miſſã celebraſſe dicit/ vt ſtultis et rudibus perſuadeat/ iſtas Miſſas Papiſticas (in quibus ex ſacramento ꝛ ſacra cõmunicatione corporis ꝛ ſanguinis Chriſti fecerunt ſacrifitium pro viuis ꝛ defunctis) ſemper

ſemper in Eccleſia fuiſſe/ quaſi vero non ſatis ſuperqz notum ſit ex Epiſtola ad Corinth. ſcripta/ quid Apoſtoli ſācti de Sacramento ex Chriſti inſtitutione do⸗cuerint/ quidue Eccleſiæ Chriſti ab eis obſeruādū ſuſceperint ꝛ obſeruauerint.

¶ Neqz vero ille impoſtor ꝛ fabularū compilator aliorū mendacia ſolum pro vera hiſtoria nobis venditare voluit (quē admodum de ſingulis Apoſtolis longas facit hiſtorias/ de quibus tamen Euſe⸗bius diligentiſſimus noſtrarū hiſtoriarū conſcriptor nihil pene aliud nouit quam quod ſacris literis i nouo Teſtamēto pro⸗ditū eſt) ſed etiam quæ benedicta apud alios inuenit ſæpe deprauauit quod gē⸗nus eſt hoc quod deprauat verba Beati Laurentij.

¶ Ambroſuis ſcribit Laurentium Diaconum ad Sixtum Epiſcopū vrbis Romæ dixiſſe. Quo progrederis ſine fi⸗lio pater/ aut quo ſacerdos ſancte ſine mi⸗

niſtro pro

niſtro properas experire nū degenerem tibi delegeris miniſtrū cui cōmiſiſti Dominici corporis & ſanguinis conſecrationem.

¶ Ita etiā hæc verba vt narrat Beatus Ambroſi⁹/ ſine vlla haſitatione vbique hactenus cecinimus de Beato Laurentio in noſtris Eccleſiis/ et tamen deprauotor ille/ ex verbo conſecrationē/ facit diſpenſationem/ veritus ne quis ex tali hiſtoria aliquid ſentiret contra ſacerdotales & indelibiles illos Romane beſtiæ characteres/ ſi Diacono permitteret quam vocant conſecrationem.

¶ Et ſomniat interim ſemper fuiſſe tales Diaconos quos nunc ſine Diaconorum officio habemus/ quaſi non alii Diaconi fuerint ordinati ab Appoſtolis/ de quib⁹ Paulus ſcribit Timotheo/ quales fuerūt Stephan⁹ Hieroſolymis & Laurēti⁹ Romæ. Vbi nunc ſunt theſauri Eccleſiarū & Act. 6. 1. Timo 3

X oblatio

oblationes Chriſtianorum quas Diaconi diſpenſent pauperibus?

¶ Quemadmodũ autem ille fabulator nihil certi habeat de hiſtoriis multis/ teſtatur vel illud q de morte Sancti Bartholomei ſcribit. Alius inquit dicit eum crucifixum/ alius excoriatũ/ alius tantũ decollatum/ et poteſt dici q iſta omnia ſint vera/ q primo fuerit caeſus/ inde crucifixus/ poſtea de cruce depoſit⁹ et excoreatus (ſic enim loquitur) poſtremo vero decollatus.

¶ Iſtae neniae olim in Eccleſia publice non legebantur ſed prohibebantur/ nunc autem non ſolum legũtur ſed etiã omnes conciones occupant/ Vide quid Gelaſius ſcribat in Decretis dis.15. Sacroſancta &c Vbi cum reliquis nominat etiã hiſtoriam Aſſumptionis Beate virginis/ quas nugas nos hactenus tantũ non adorauim⁹/ neq; ſacras literas neq; quorundam recte

monit

monita ſecuti.

¶ Ex his omnibus facile vides quid ſentiamus cum ſuademus impia publice neq; cantanda neq; legenda. Cur enim cũ contumelia Dei negligam⁹ ſacrã ſcripturã fabulas ſecuti?

¶ Præterea ſciant Monachi/ per ea quæ ipſi iam ſuſcipiunt ex ſacra ſcriptura cantãda et legenda/ non præſcribi nouas leges aut cõmendari nouum aliquod inſtitutũ Monachorũ/quo rurſum irretiãtur conſcientiæ/ ſed per hæc tantũ conſuli illis qui nunc aliud vitæ genus ſuſcipere non poſſunt/ vt habeant cantãdo et legendo aliquod exercitiũ ſacræ ſcripturæ ⁊ verbi Dei/ quemadmodũ omnis cantus ⁊ lectiones a principio ad hoc fuerũt inſtitutæ/ vt etiã vides in verbis Gelaſii Papæ/Qui autem ex eis continere non poſſunt/nimium non habentes donũ de quo Chriſtus

ꝛ Paulus dicunt/ ꝛ magis idonei ſunt alia conditione ſeruire alũs/ non poſſunt
Matt. 19. bona conſcientia in Monaſterũs permanere/ tantũ abeſt vt poſſint poſt hac alios
1. Cor. 7. ad ſuas ſectas ꝛ ſuperſtitiones pertrahere.

¶ Eadem plane dicimus de Canonicis/ qui nullo iam vſui ſunt Eccleſiæ Chriſti/ Poſſunt ꝛ ipſi reſidui/ ſi non aliis officiis neceſſariis ſunt cõmodi/ ita hiſce ſcripturæ exercitiis cantando pro ſuo tempore exerceri.

¶ Sic vero poteſt ordinari cantus cũ lectionibus (ſi ita placet) ſecundũ numerũ horarũ hactenus conſuetarum.

Pro Matutinis

¶ Primo dicatur ſymbolũ Apoſtolorũ ꝛ oretur oratio Dominica/ Mox Cantor incipiat aliquam Antiphonã/ iuxta

cuius

cuius tonū ſtatim ſequantur tres Pſalmi/ his finitis Antiphona compleatur. Inde legantur tres lectiones et canātur tria Reſponſoria de tempore aut ſi quæ alia ſunt ex ſacris literis/ ita vt poſt ſingulas lectiones ſingula ſequantur Reſponſoria. Lectiones vero tantū ex biblijs/ ideſt veteri et nouo Teſtamento legantur vt viſū fuerit/ et ſint breues/ ſine Jube Domine/ et ſine Tu autem etc. ſed pronuncientur diſtincte cum tono quemadmodū ſolent legi prophetiæ. In fine vltima verba cuiuſq; lectionis/ vt prophetia ſolebat/ ſic fineantur/ Sol/ Sol/ Sol La Sol/ Fa/ Fa/ Poſt tertium Reſponſorium/ quod cū Gloria patri etc canitur/ ſequatur Te Deum etc. Mox Cantor incipiat aliquā Antiphonā ſecūdum cuius tonū/ canatur tantum vnus ex pſalmis prophetalibus quæ Cantica vocātur/ Dominica die Benedicite omnia etc Feria ſecunda. Cōfitebor tibi Domine quoniam iratus etc. Fe-

ria tertia/ Ego dixi ꝛc. Feria quarta/ Exultauit ꝛc. Feria quinta. Cantemus ꝛc. Feria Sexta/ Domine audiui ꝛc. Sabbato/ Audite coeli/ ꝛc. Poſt hanc antiphonam completã/ ſequatur ſtatim alia antihhona cum Benedict⁹ dominus ꝛc. Poſtea dicatur Kyrie eleiſon/ Chriſte eleiſon/ Kyrie eleiſon/ Pater noſter etc. Et ne nos. Oſtende nobis domine miſericordiam tuam/ Et ſalutare tuũ da nobis/ Dominus vobiſcum/ Oremus cum Collecta aliqua de tempore/ aut alia quae ſit ſyncera/ Poſt Amen ſtatim canatur Benedicamus more conſueto.

¶ Liberum eſto quibus Antiphonis vti velint vel ex Pſalterio vel aliis/modo ſint pia cantica ſiue de tempore ſiue de feſtis/ quae ſeruabũtur in his regnis ꝛ ducatibus/ ſecũdum hiſtoriã Euangelicã etc.

Pro Prima.

Non

¶ N idicatur/ Deus in adiutorium ſicut nec in Matutinis Domiẽ labia mea/ ſed cantetur ſtatim in principio. Iã lucis orto etc. Mox Antiphona cum Pſalm: Beati immaculati. Retribue. Poſt Antiphonam completam loco capituli legat lector vnam breuem lectionem ſecundum tonum vt in matutinis ibi vero incipiat in bibliis vbi finem fecerat in matutinis/ ſic pergat etiã in Tertia et Sexta ⁊ Nona/ Mox poſt hanc lectionẽ dicat vnus Oremus cum Collecta/ poſt Amen autem nihil ſequatur.

¶ Symbolum Beati Athanaſii.

Quicunq; vult ſaluus eſſe/tantum Dominica die cum pſalmis prædictis canatur in prima.

Pro Tertia.

¶ Canatur hymnus/ Nunc ſancte etc.

Deinde

Deinde Antiphona cum tribus pſalmis conſuetis. Inde legatur lectio ⁊ Collecta/ vt de prima dictum eſt.

Pro Sexta:

¶ Canatur Hymnus Rector potens/ Antiphona/ tres pſalmi conſueti cum lectione ⁊ Collecta vt ſupra:

Pro Nona.

¶ Canatur Hymnus. Rerum Deus etc. canatur antiphona cum tribus pſalmis conſuetis. addatur Lectio et collecta vt ſupra.

Pro Veſperis.

¶ Cantor incipiat aliquam Antiphonā/ ſecundum

ſecundum cuius tonum ſequantur tres Pſalmi ex illis quorũ primus eſt/ Dixit dominus/ ⁊ qui hunc ſequuntur/ vſqꝫ ad finem pſalterij Dauidici/ Poſt antiphonam ſequatur vna lectio eo modo quo dictum eſt/ ſiue ex veteri ſiue ex nouo Teſtamento/ vt placuerit/ Poſt lectionem canatur hymnus ferialis aut de feſto aut alius ſyncerus hymnus/ ſunt enim multi pij ⁊ præclari hymni. Vt autẽ ab hymnis caueamus quæ merita et inuocationes ſãctorum habent pietas et fides Chriſtiana poſtulat. Quis enim nunc poſthac vellet eleuata lignea cruce impie canere/ O crux aue ſpes vnica/hoc paſſionis tempore auge piis iuſticiam reiſqꝫ dona veniã ſ Poſt hymnũ ſequatur Antiphona cum Magnificat. Inde Kyrie eleiſon/ ⁊c. vt in matutinis.

¶ Poſt Benedicamus loco Completorii legant ſubmiſſa voce/ſine tono a-

Y liquo

liquo/ ſed tamen diſtincte/ Pſalmũ Qui habitat/ cum Nunc dimittis. ⁊ poſt Gloria patri ⁊c. addant Kyrie eleiſon/ Chriſte eleiſon/ Credo/ Pater noſter/ Poſtea dicant ſimul omnes/ In manus tuas Domine Jeſu comēdamus ſpiritus noſtros/ Redemiſti nos Domine Deus veritatis.

Finis.

¶ Pſalmi in Matutinis ⁊ veſperis ſic ordinentur vt ſemper procedatur/ ibiq́ʒ curſum altera die incipiatur vbi ſuperiori die ceſſatū eſt. Ita nullo tedio afficientur cantantes/ nec ſuperſtitioſus Pſalmorū numerus grauabit pie ſentientes. Magna vero vtilitas erit lectionū/ quando bis vel plus in vno anno/ nulla moleſtia/ licebit tota perlegere Biblia/ et ita ad ſacras aſſuefieri ſcripturas/ vt habeant conſolationē ex verbo Dei qui meliorē nunc conditionem/ ætate aut aliter impediti/ ſuſcipere non poſſunt/ donec Deo ſuū reddant ſpiritum per ſolum Jeſum Chriſtū

Dominū

Dominum noſtrum.

¶ At ais. Cur non dicetur Domine labia ꝛc. Deus in adiutorium ꝛc. quæ bona verba ſūt et ex ſcriptura ſacra? Reſpondeo. Quis prohiberet? etiamen in eo ſenſu non canuntur quo ſcripta ſunt a ſpiritu ſācto. Nā Deus in adiutoriū ꝛc. orantur contra perſecutores Eccleſiæ/ atqꝫ hoc ſunt illi hodie qui toties in die dicūt/ Deus in adiutorium. In verbis. Domine labia ꝛc qui dicit promittit Deo quod vult prædicare/ docere et confiteri gratiā Dei et gratuitam remiſſionē peccatorum ipſis etiam incredulis/ quemadmodū ait. Docebo iniquos ꝛc. Hoc docere et confiteri noſtri horarii neqꝫ volunt neqꝫ poſſūt ſed ſūme oderunt/ abominantur ꝛ perſequuntur. Satis hacten⁹ abuſi ſumus ſcripturis in alieno ſenſu. Porro ſi omnia cantanda ſunt quæ bona ſūt/ non erit cantandi finis. Placeat ergo tibi

ſyncerior ſcripturæ vſus/ vt purior ex fide noſtra ſit oratio.

De Vigilijs.

¶ Vigilias quas vocant/ pro defunctis/ non canant/ quando nihil aliud ſunt quam abuſus ſanctiſſimorū Pſalmorum ⁊ verborum Beati Job/ ⁊ iſto abuſu verborum Dei non alio reſpicitur quam in mendax illud ⁊ fictum purgatoriū. Satis luſū eſt pro mercede iniquitatis et Judæ loculis/ Poſt hac non irritemus Dominum

De Miſſa.

¶ Norunt Chriſtiani quemadmodū Chriſtus inſtituerit in Sacramento ſuum corpus a fidelibus/ ſiue presbyteri ſiue nō presbyteri ſint/ edendum/ ⁊ ſuum ſanguinem

ninem bibendum in ſui cómemorationē.

¶ Norunt et quicūq; amant ſanctā illam vnam Catholicam et Apoſtolicā Eccleſiā/ quid Apoſtoli de Sacramento docuerint/ ⁊ quid Eccleſiæ Chriſti crediderint et obſeruauerint/ nempe hoc Sacramentū eſſe corpus et ſanguinē Chriſti iis Chriſtianis qui edunt et bibunt/ ⁊ ad hoc ſolum eſſe Corpus Chriſti ⁊ ſanguinem/ nempe ad edendum ⁊ bibendum in Chriſti commemorationem/ ideſt vt ſolus Chriſtus prædicetur ꝙ ſuum corpus tradiderit pro nobis in mortem et ſāguinem pro nobis effuderit in remiſſionem peccatorum/ reliqua omnia quæ pro peccatis diluendis hactenus ſuſcepimus nihil aliud eſſe quam ſtercora et mendacium Diaboli/ ex Doctrinis dæmoniorum/in hypocriſi loquentium mendacium etc.

¶ Nos vero hoc Euangelium ſiue hanc

Chriſti cõmemorationem ꝛ neglexímus/ ꝛ in iuſtitias humanas mutauimus/ et ex ſacratiſſimo ſacramento fecimus ſacrificiũ pro viuis ꝛ defunctis/ abolita Chriſti inſtitutione/ ꝛ hoc ficto et abominato ſacrificio vorauimus ꝛ diuitum ꝛ pauperum bona/ facti Dij quos adorarẽt principes terræ/ ꝛ coluimus Mãmona etiam ſub nomine paupertatis/ ꝛ ociosos ventres etiam ſub nomine ſancti ieiunii ꝛ abſtinentiæ/ Omnes ſuperſtitiones ꝛ ſectas perditionis fouebat hoc fictum ſacrificiũ ꝛ horrenda mutatio inſtitutionis Chriſti. Deniqꝫ qui olim erant preſbyteri ꝛ Epiſcopi et ſancti pauperum Diaconi/ Item ſcripturarum interpretes et ſacræ Theologiæ profeſſores et Euangelii Doctores/ vt Paulus Ephe: 4. iſta dona a Chriſto glorificato Eccleſiæ data gloriatur/ nunc per hoc impium ſacrificium nihil aliud facti ſunt quam Miſſarii ſacerdotes/ nulla vtilitate/ magno damno Eccleſiæ. Iccirco poſt hac ab iſtis Miſſis abſtinebũt.

Qua

Qua de re ſcripti ſunt aliquot egregii tra-
ctatus ab iis qui non ſunt Sacramenti-
perdæ ſed ſacræ inſtitutionis Chriſti, de-
fenſores. Scripta autem ſunt talia ex in-
ſtitutione Chriſti. Nam quæ aliter ſcribū-
tur nihil debet morari fides Chriſtiana in
hac parte. Hæc ita nunc inuulgata ſunt
& a fidelibus ſuſcepta vt ignorare non
liceat. Qui autem ignorat ignoret. Nouit 1. Cor. 14
Dominus qui ſint ſui. Nouit dominus 2. Timo. 2
viam iuſtorum/ via autem impiorum Pſal. 1.
peribit. Fatetur ab initio tota Eccleſia.
fatentur et omnes aduerſarii noſtri nobi-
ſcum/ hoc Sacramentū verbo Chriſti no-
bis fieri et dari/ quid ergo nos miſeri inde
tentamus facere aliud ſine verbo Chriſti
atq; adeo contra verbum Chriſti? Crede
Chriſto/ nihil efficies tua præſumptione.

¶ Cum igitur nulli communicare
voluerint et cœnam Domini celebrare/
quem

quemadmodum Chriſtus inſtituit et Apoſtoli docuerunt et Eccleſia Chriſti ſuſcepit et obſeruauit (erroribus noſtris ignoſcat clementia Dei) tunc omnino non tractetur Sacramentum Chriſti. Siquidem manifeſta blaſphemia et irriſio eſt dicere aliis. Accipite/ edite/ bibite/ cum interim certus ſis et conſtitueris apud te nemini te daturum/ neminem eſurum et bibiturum/conuiuas non eſſe/ neq; poſſe fieri vt edat et bibat illic Eccleſia congregata ad menſam Domini/ annuncians mortem Chriſti. Quoniã non cõmemorationem mortis Chriſti illic cum tua Eccleſia inſtituis/ ſed potius tuũ illud turpe et priuatum ſilentium. Breuiter humanã inſtitutionem pro Chriſti inſtitutione impie venditas/ et nihil ibi vis facere corũ quæ Chriſtus inſtituit.

¶ Hoc præterea hic admonemus ne Monachi aut Canonici qui hæc ſuſcipiunt/ faciant nouas traditiones/ & cogant

fratres

frattes ad cõmunicandũ/ vt hac occaſione habeant ſæpæ Miſſas/ ſed libere liberis liberum relinquant Sacramentũ/ tunc primum videbunt quã non amãter pri⁹ queſierint Sacramentũ quãdo fere quoti-tidie Miſſas celebrabant/ nunc enim ra-rius volent accedere. Satis etiam fuerit cœnam Domini Dominicis diebus tan-tum ⁊ in feſtis celebrare/ ſi tamẽ ſunt qui communicare volunt corpore et ſanguine Chriſti.

¶ Singulis itaq; diebus ſiue feſtis ſiue non feſtis quando non ſunt/ vt dictũ eſt/cõmunicantes poteſt cantari Introitus latine et reliqua omnia Miſſalia/ vſq; poſt Credo/etiam in veſtibus quas ſacras vocant/ ſi ita volunt.

¶ Poſt Credo/ cantetur Sexta vel Nona/ Dominica vero die vel in feſtis/ Poſtquã presbyter cecinit Gloria in ex-

elſis Deo/ et Chorus reſpondit non or-
gana Et in terra pax/ hominibus bona
voluntas/ ceſſetur/ vt tota Eccleſia mox
canat/ Allæniſte Gud y himmerick ꝛc.
continue vſq; ad finem ſine organis. Poſt
Chorus et organa pergant canendo. Lau-
damus te/ Benedicimus ꝛc. vſque ad fi-
nem. Poſt Haleluia/ loco Sequentiæ
curſũ canat tota Eccleſia / canticũ Danicũ
aliquod/ continue ſine organis/ Hoc mo-
do nihil īpedietur cantus latin⁹. Hoc autẽ
nõ velle laicis permittere/ quã quæſo ſpe-
ciem haberet ? De parochus vero dictum
eſt in ordinatione Eccleſiarum. Præterea
poſt Credo finitũ/ cantet tota Eccleſia/
Wy troor alle paa en Gud ꝛc. ſine orga-
nis.

¶ Poſtea prædicet vnus Euangeliũ
Danice/ vt cæteri vel diſcant vel conſolati-
onem accipiant/ quemadmodum oportet
fieri in Eccleſia Chriſti. Quæ enim eſſet
illa Eccleſia quæ non agnoſcit publicam
verbi

verbi tractationem ?

¶ Curent etiam Monachi pro ſuis laicis & indoctis ſacerdotibus vt doceant eos diligentiſſime catechiſmũ quem paruum vocamus/ Hoc eſt/ primũ ipſa verba decem præceptorum/ Symboli Apoſtolorum/ orationis Dominicæ/baptiſmi & Euchariſtiæ/ & deinde vbi hoc illi bene didicerint. doceãtur etiam quid ipſa verba velint/ quemadmodũ breuiter in paruo Catechiſmo conſcriptum eſt. Quomodo enim aliquis poterit eſſe Chriſtianus qui hæc ſcire contempſerit ?

¶ Quod vero vulgus nobiliũ & ruſticorum et ciuium de his nunc nihil plus nouit quam equus et mulus/reddent Epiſcopi et paſtores Eccleſiarũ et papiſtarũ reliquæ factiones tantum ſuum ventrem et Mãmona & dignitates colentes/ reddent inquam horrende Deo rationẽ in illo

 die

die. Videbunt quem contempſerunt.

¶ Si autem antequã accipiant Euangelicũ aliquem prædicatorem/ non eſt inter Monachos aliquis adeo doctus qui poſſit cõmode tractare pro contione verbũ/ conſtituatur vnus qui ſedens aut ſtans publice legat Danice ex poſtilla dimidiã horam aut vltra/ ſiue poſtea fiat cõmunio ſiue non fiat. Nam hæc prædicatio ſiue lectio pertinet ad Chriſti cõmunionẽ atq; adeo ipſiſſima eſt Chriſti cõmemoratio/ Quemadmodũ Paulus exponẽs. Mortem inquit Domini anunciabitis donec veniat.

¶ Oportet enim in hoc ſacro cõuiuio/ quãdo celebratur/ non tacere ſed prædicare/ quod Chriſtus ſe ipſum tradiderit pro nobis/hoſtiam ſacram patri in odorẽ ſuauitatis/ et effuderit ſanguinem ſuum in remiſſionẽ peccatorũ noſtrorum/ quemadmodũ habẽt verba ſacræ inſtitutionis.

Ve

Dě hoc debet Eccleſia audire/ canere (vt etiam laici nunc faciunt) gratias agere/ poſtea hoc ipſũ docere ſuos filios et familiam (id quod multi male adhuc negligũt) Hæc eſt vt divi Chriſti cõmemoratio/ non illud ridiculum Silentiũ/ quod in Miſſa vocant.

¶ Hæc cõmemoratio ſemper debet fieri (niſi Chriſtus non ſit ſemper prædicandus) etiam quando non accedim⁹ ad menſam Domini/ Cœna autem Domini ſine eius cõmemoratione celebrari non debet/ ſecundũ eius mandatũ et inſtitutionẽ/ Ita vt poſſit cõmemoratio ſine cœna eſſe/ Cœna autẽ ſine cõmemoratione nequaquã: Nam etiamſi alia deſint/ tamẽ vel ipſa publica recitatio verborũ inſtitutionis Chriſti in cœna Dominica/ eſt Chriſti cõmemoratio et conſolatio et confirmatio fidei noſtræ.

¶ Sed hactenus ſatis de publica

prædicatione ſiue recitatione verbi Dei diebus feſtis/ſiue fiat commonio ſiue non fiat.

¶ Poſt verbũ Dei admoneantur vt orent pro omnibus omniũ hominũ conditionibus/ pro Eccleſia/ pro pace/ ſalute rc̃. Hic eſt noſter Canon. Papiſtæ autem hæc ſeria cum ſuis mendaciis ſimul congeſſerunt in illum occultum Miſſæ Canonem.

¶ Poſt orationem publicam cantetur aliquis pſalmus vel canticũ Danice/ nec erubeſcamus cum laicis et indoctis fratribus vnũ laudare Patrem per vnũ Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum.

¶ Poſt hoc/ ſi non adſunt cõmunicantes/ ſtatim ſequitur Sexta vel Nona.

¶ Quando vero conueniũt fratres ad communicandũ Dominica die aut feſto/ tunc

tunc poſt contionē aut recitationem illam quā dixi/ finito Danico pſalmo incipiat presbyter coram altari/ præfationem quā-cūqȝ voluerit/ ſic/ Dominus vobiſcum. Surſū corda etc. Deinde canatur/ Sā-ctus. Omnia/ ſi ita placet/ latine canten-tur/ præter ea quæ iam ſequuntur.

Sequitur poſt Sanctus/ ſtatim conſecratio quam vocant.

¶ Hic ſuademus orationem domi-nicam et verba inſtitutionis Chriſti/ et vltimam Collectam cum benedictione/ Danice pronunciari/ vt ſic conſulamus fidei rudium et indoctorum/ et non eru-beſcamus (tradendo ſacramenta) de Ec-cleſia Danica in qua nati ſumus/ quādo neqȝ Iudæi neqȝ Græci aliter tradiderūt

Sacramen

Sacramenta quã ſua lingua in qua nati erant. Quã ridiculũ eſſet tradere populo Euangelium lingua non intellecta/ ita ridiculum eſt tradere Sacramenta verbis non intellectis. Non omnes intelligunt qui latine legunt.

¶ Vt autem apertis verbis pronunciemus inſtitutionem Chriſti coram cœnaturis ſiue cõmunicaturis et ratio poſtulat et fides ⁊ præterea factum Chriſti: Quid enĩ intellexiſſent Apoſtoli ſi Chriſtus tradendo ſacramentũ ſiluiſſet vt noſtri Papiſtæ? vnde haberemus queſo inſtitutionem Chriſti? quid ibi credam/ quid ibi faciam/ niſi audiam Chriſtum loquentem? Quid mihi cum eo quod murmurat apud ſe presbyter? Cur non audiam Chriſti inſtitutionem? An dignum eſt vt ſuſcipiam Sacramentum ſine verbo/ quando ſine hoc illud nõ eſt mihi ſacramentum? quemadmodum ⁊ Auguſtinus dicit. Accedit verbum ad elementũ

⁊ fit

& ſit Sacramentum.

¶ Sicut in cœna Chriſtus ſuo manifeſto verbo fecit & tradidit hoc Sacramentum/ ita & nunc in Eccleſia ille ipſe & nō alius/ licet per miniſtros/ manifeſto verbo facit & tradit hoc Sacramentum communicantibus/ Nam hic cum ſacrificantibus nihil eſt ei commune. Alioqui niſi ipſe Sacramentum nunc quoq; faceret & daret/ nemo facere aut dare poſſet. Stultitia enim eſt & impietas/ præſumere/ quod raſuræ/ vnctiones & characteres ficti hic aliquid efficiant. Ambroſius cum tota Eccleſia dicit/ Sermone Chriſti hoc conficitur ſacramentum. Fides aliud non poteſt dicere vel ſentire.

¶ Si autem pios offenderis quādoq; aliud dixiſſe/ hoc cōputato inter ſanctorū errores/ non defende contra verbum & inſtitutionē Chriſti. Hic vt eſt vnica ſalus

 noſtra

noſtra ita ꝛ vnicus eſt Doctor noſter et Magiſter/ de quo Pater clamat. Hunc audite/ ꝛ Moſes. Qui inquit Prophetã illum non audierit/ ergo vltor exiſtam/ dicit Dominus. Abeant alio qui defecerũt e a fide ad doctrinas dæmoniorum/ Huius paſtoris vocem agnoſcunt oues/ alienũ non ſequuntur ꝛc.

¶ Præterea iſti Canonici ꝛ Monachi vt Chriſtiani libenter hic debent cedere ſuo ſenſui/ ꝛ tradere ꝛ accipere Sacramentum/ quemadmodum omnes nunc Eccleſiæ in Dania vbi ſyncerum prædicatur Euangelium accipiunt. ne videantur poſthac in ſusceptione Sacramentorũ plus velle eſſe quam reliqui Chriſtiani/ vt hactenus. Suſcipiunt autem alii ſecundum Chriſti inſtitutionem non ſine verbo/ cur nõ ꝛ iſti ſic ſuſciperent?

Sic ergo præparato pane & calice poſt Sanctus/ Presbyter oret et pronunciet.

Lader oſſ bede.

Fader wor/ dw ſom/ eſt i hĩmelen

helligt worde thit naffn tilkomme thit

rige worde thin willie her paa iorden

ſom hand er i hĩmelen/ Giff aaß i dag

wort dag li ge brød/forlad aaß wor ſkyld

ſom wy forlade waare ſkyldener/Led aaß

icke wthy freſtelſſe men frels aaß fraa vnt

Amen. Statim accepto pane

Wor herre Jeſus Chriſtus/i then nat/

ther hād bleff forrad/Tog hād brødeth/

tackede och brød thet/gaff ſine diſciples

och ſagde tager thette hen och ederidt/

Thet er mit legom ſom gyffues for eder

Thet giører y min hwkommelſe.

Et Accepto Calice

Lyge ſaa tog han och kalckē/ effter afftēs

maltyd/ tackede gaff dennom och ſagde

dricker alle der aff/ Thitte er thet ny te-

ſtamētis kalck i mit blod/thz ſō blyffuer

wdgiffuit for eder til ſyndernis forladelſe/

Thitte giører ſo offte ſō i dricke i myn

hwkommelſe.

Communicatio

Communicatio.

¶ Hic cõmunicent ſtatim vtraq; ſpecie. Poſſunt etiam quando volunt ſanctũ panem dare/ antequam benedicatur calix/ & poſtea benedicto calice dare etiam calicẽ/ quemadmodum Chriſtus in cœna fecit/ Hac ordinent vt voluerint. Nam quamuis pulchrum ſit hic imitari factũ Chriſti tamen liberi in hoc eſſe debemus/ modo hic nihil faciamus aut ſentiamus quod ſit contra verbum/ mandatum et inſtitutionem Chriſti.

¶ Sub cõmunicatione ceſſent organa/ & cantetur Agnus Dei/ Latine vel Danice/ vel vtrumq;. vel hymnus Pange lingua/ aut aliud latine vel Danice/ debet enim hic tota Eccleſia facere commemoratione Chriſti/ non tamen diu cantetur/ ne laus Dei fiat moleſtia &c.

❡ Poſt communicationem ſequitur
Hæc aut ſimilis Collecta.

Lader oſſ bede.

❡ Wi tacke dig Herre altmectigſte ewige Gud/ Ath du met diſſe ſalige gaffuer oſſ wederquegit. Nw bede wi din barmhiertighed/ ath du lader den ſamme gaffue oſſ recth bekommis til wor trois ſtyrckelſe paa dig Och til een brendendis kierlighed emellom oſſ indbyrdes.
For din Søns Jeſu Chriſti
wor Herris ſkyld.
AMEN

vltimo

Vltima benedictio datur verſa facie ad Alios ſic.

¶ Herren welſigne deg oc beware deg. Herren lade lyſſne ſyt anſigt offuer deg oc were deg naadig. Herren lædte ſytt aaſiun paa deg oc giffue deg Fred.

Reſpondetur. Amen.

De ſchola vniuerſali ſiue Vniuerſitate.

PRæter hæc omnia/ cum ad mul-ta/ tum in primis ad religionis conſeruationem/ publica aliqua ſchola opus ſit/ Omnino neceſſariū ducimus/ vt vna aliqua ſolennis ⁊ generalis Academia in hoc regno erigatur/ ⁊ pro ſolenni talium ſcholarum more ſuis prærogatiuis/ priuilegiis/ immunitatibus ⁊ ſtipendiis/ Lectoribus ⁊ habitationibus confirmetur. Hanc etiā ſtatim erigemus/ ⁊ ſeorſum confirmabimus/ In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. AMEN.

Subſcribētes huic ordinationi.

Ego Andreas Schowgordt/ ſaluo iure cuiuſcūq; Deum timentis/ ſubſcribo ⁊ accepto prædictos articulos/ nomine capituli Wyborgenſis/ Donec aliquid meli⁹ in laudem ⁊ honorem Dei concilium generale definiuerit atq; conſtituerit/ teſte manu propria.

Ego

Ego Nicolaus Friſſ/ cantor Wyborgenſis/ ſubſcribo nomine totius Capituli manu propria.

Ego Georgius ſamſingius nomine totius capituli Arhuſien: ſubſcribo.

Ego Johannes Olaui canonicus Arhuſien: nomine eiuſdem capituli propria manu ſubſcribo.

Ego Petrus Jairi canonicus Lunden: nomine totius capituli ſubſcribo.

Ego Benedictus Arnidus canonic9 Lunden: nõine totius cap: ſubſcribo.

Et ego Chriſtophorus Ranſberg canonicus Roſkilden: nõine totius capituli Roſkilden: ſubſcribo.

Et ego Nicolaus Hamer canonicus Roſkilden: nõine totius capituli Roſkilden: ſubſcribo.

Et ego Seuerinus Olaui canonicus Ripen: nõine totius cap: Ripen: ſubſcribo

Et ego Johannes Chriſtiani canoni-
cus Ripeñ: nomine totius capituli Ri-
peñ: ſubſcribo.

Et ego Petr⁹ Laurentij lector Mal-
mogenſis ſubſcribo.

Et ego Johannes Tauſſzen Eccleſi-
aſtes Haffñ: ſubſcribo.

Et ego Franciſcus Wormordi ecclesi-
aſtes Malmogeñ: ſubſcribo.

Et ego Olauus Chriſoſtomus/ politi-
oris litteraturę Malmogię profeſſor
ſubſcribo.

Et ego Jacobus Schening conci-
onator Wibergeñ: ſubſcribo.

Et ego Petrus Thome clericus Wi-
bergeñ: Dioeceſis parochus eccleſię Torñ
ſubſcribo.

Et ego Georgius Wiberganus/
Haffñ: eccleſiaſtes ſubſcribo.

Ego Martinus Hegelundt eccleſia-
ſtes Olborgenſis ſubſcribo.

Et ego

Et ego Andreas lyngius Lanſ... ſleñ eccleſiaſtes ſubſcribo.

Et ego Nicolaus Jacobi Arhuſieñ eccleſiaſtes ſubſcribo.

Et ego Torchillus Abelgard prædicator Arhuſieñ: ſubſcribo.

Ego Paulus Petri eccleſiaſtes Ripeñ: ſubſcribo.

Et ego Chriſtiernus Ekrock prædicator Suinborgeñ: ſubſcribo.

Et ego Melchior Johannis eccleſiaſtes Kalinborgeñ: ſubſcribo.

Ego Eraſmus Bordin Concionator Foborgeñ: ſubſcribo.

Et ego Petrus ſtorm prædicator Norſneñ: ſubſcribo.

Et ego Seuerinus Magni prædicator Ripgenſis ſubſcribo.

et ego

Et ego Mathias Langus eccleſia-
ſtes Randrenſis ſubſcribo.

Et ego Nicolaus Jaſperi eccleſiaſtes
Rolingenſis/ ſubſcribo.

Et ego Johannes Albertes ſubſcribo

Et ego Johannes Slauus lector
Haderſleuianus ſubſcribo.

Ego Anthonius Keyſer paſtor
Haderſleuianus ſubſcribo.

Ego Reinoldus Weſterholt paſtor
Sleſſwigenſis ſubſcribo.

Et ego Hermanus Taſt eccleſiæ
Huſumenſis paſtor ſubſcribo.

Ego Gerhardus Slewerth eccleſiæ
Flenſburgenſis. ad diuum Nicolaum
ſubſcribo.

ego Georgius Winther conciona-
tor Haderſleuianus ſubſcribo.

Regiſter

Jndex Articulorum principalium huius eccleſiaſtice ordinationis.

cc

Diuiſio eoru que hic tractantur. Folio i
De Doctrina ⁊ eius membris Fol. ii
De Sacramentis Folio iij
De Ceremoniis ſeu ritibus Eccleſiæ
Folio iii
De Ritu legendi ⁊ canendi puerorum
in templis. Folio iiii
De Ritu celebrandi publicā miſſā Fo. vi
De ritu prædicandi verbū Dei Fol, viiii

De ſpecialibus prædicationibus Fol. xii
De ritu feriandi Folio xiiii
De ritu Baptizandi Folio xv
De ritu Abſoluendi Folio xvi
De ritu Communicandi Folio xviii

De ritu Coniugendi matrimonia-
liter Folio xix
De ritu inſtituendi miniſtros Folio xx
De Eccleſiis curalib⁹ vniēdis Fol. xxiiii
De Monachis mendicantibus non
fouendis Ibidem

De tollendis Imaginibus idololatriæ expoſitis. xxviii
De ritu excommunicandi Folio xxv
De ritu viſitandi infirmos & pauperes Folio xxvi.

De ritu accedendi ad iudicatos Folio (xxviii

De ritu Sepeliendi mortuos ibidem

De ritu informādi obſtetrices folio xxix
De ritu inſtituendi puerperas fol. xxxi
De ritu obſeruandi cum feminis proprios liberos opprimentibus Ibidem
De Puerorum ſcholis Folio xxxii
De Unica in ſingulis vrbibus ſchola ibi:
De Scholarum claſſibus Folio xxxiii
De Scholarū exercitiis Folio xxxv
De obſeruāda diſcipulorū indole Folio (xxxviii
De Priuilegiis & immunitatibus Cleri Ibidem

De Suſtentatione prædicatorum et
Pauperum Folio xxxix
De iure Patronatus nobiliũ Folio xli
De immunitate nobilium Folio ibidem
De aſſignandis e Schola cuſtodibus ad
propiores Eccleſias rurales Ibidem

De ædilibus ſeu diaconis eligendis
Folio xlii
De relictis Ruralium Parochorum
viduis Ibidem
De relictis vrbanorũ viduis Folio xliii
De bonis Pauperũ retinendis Ibidem
De Parochorũ celibatu ⁊ cõiugio ibidem
De Hoſpitalibus Ibidem

De Hoſpitaliũ oeconomis Folio xliiii
De colligendis ad Hoſpitalia veris pau-
peribus Ibidem

De Superintendentibus et Prepoſitis
Folio xlv

De Præpoſitorum ſalario Folio xlv
De Superattendentū ſalario Ibidem
De Superattendentū officiis Folio xlvi
De Mutatione et alteratione Diaconorum Ibidem

De eruditione Præpoſitorum in patria lege Folio Li
Quando opus fuerit Parocho Folio lii
Quando Superattendente Folio liii

De Præfectis Folio liiii
De Libris ruraliū Parochorū Folio lv
De domibus Miniſtrorū Folio lvi
De Norwegia Folio lvii
De Emeritis miniſtris Ibidem
De Canonicis Folio lviii

De Monachis nō mendicātib⁹ Fol: lix
De Monialibus Folio lx

De iuramēto Superintendentū Fol: lxi

De cæremoniis quibus ordinabitur Superattendens Folio lxi
Instructio D. Joh: Pomerani pro Canonicis & Monachis Folio lxxi

Ex officina literaria Joannis Vinitoris Stutgardiani in novo claustrali vico Haffniæ die Luciæ virginis.

1537

204 ORDINATIO ECCLESIASTICA Regnorum Daniæ et Norwegiæ et Ducatuum Sleswicensis Holtsatiæ etcet. Anno Domini M.D.XXXVII. (*Colophon:*) Ex officina literaria Joannis Vinitoris Stutgardiani in nouó claustrali vico Haffnie die Lucie virginis 1537. Sm. 8vo., *Gothic letter* ([1-2]^8 A-Z^4, AA-CC^4) CC$_4$ *a blank cut away, the title within a woodcut border with a woodcut on the reverse; the outer margins of the first 4 leaves mended not affecting the text; otherwise a fine copy in a contemporary binding of stamped calf, gilt gauffred edges* 1537

VERY RARE. This is the first edition of the Protestant Liturgy for Denmark and Sweden. On leaves 94-97 are printed musical staves but without notes.

12,425